IV

1190. [30.XI, Cracoviae.]

Devota et dulcis est omnium illorum recordatio, qui in milicia Christi exemplo maiorum fidelium bene instructi ea que vana et caduca sunt in via terrene peregrinationis sue spargunt et disseminant, ut brevi momentanei sui itineris transitu premia celestia et eterna metere valeant. Sane nos Casimirus secundus dei gracia dux Polonie recolentes memoriam meritorum strenui in Asia quondam bellatoris nunc fraterne nostri et militis nobilis Sendomiriensis terre Nicolai de familia Rischenbog qui pio instinctu congregacioni s. Hierosolymitane milicie s. sepulcri Dominici in ducatu nostro Polonie per satrapas et nobiles plurimos potenter in Miechow propagate, et ecclesie ibidem ac Deo iugiter famulantibus sacerdotibus certas decimas ex omnibus proventibus ville magne sue Belobrere constituit, eam dotationem et demorsinam factam ad ipsius iuventis et puerorum suorum relictorum solemnem per eum instantiam requisiti confirmamus et dictas decimas in Belobrere ex devotione donatas annuatim a se et suis successoribus prestandas ecclesie s. sepulcri in Miechow et sodalitati s. ibidem in perpetuum patrimonium consensu principali ac voluntate nostra omnimoda assignamus et appropriamus. Datum in arce nostra Cracoviensi presentibus Bidiwogo marescalco nostro, Stephano, Pneromiro et Swentoslao Comitibus et aliis anno incarnacionis M CXC in vigilia s. Andree apostoli subappenso sigillo nostro. —

kopia z 29 nov. 1790 —

Reichenbach & Rolaechein

25/3. 1244. ~~1243~~ Bula p. Innocentego IV iż OO. Dominikanie mogą apostatów karać. — 2

Innocentius episcopus servus servorum dei dilectis filiis magistro et prioribus ac fratribus ordinis predicatorum salutem et apostolicam benedictionem. — Provisionis nostre cupimus provenire subsidiis ut religio vestra semper in melius deo propitiante proficiat et si quid obstare dinoscitur sollicite corrigatur. Nobis itaque, quos in divini nominis amore vigiles dilectat extirpare vitia et plantare virtutes, ut apostatas vel insolentes vestri ordinis, nisi vestris salubribus monitis acquiescant, excomunicare, capere ac ligare et carceri tradere, si videbitur, expedire possitis auctoritate presentium concedimus facultatem. — Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. — Datum Lateran VIII kl. Aprelis pontificatus nostri anno primo. —

Pierwopis pergaminowy obejmuje 11. wierszy. — Na czerwono-żółtym jedwabnym sznurku wisi pieczęć ołowiana. S. P. — SPA SPE i dwie głowy — SO. Innocentius pp IIII. —

25/3

[1249?] 9/IX Lugduni 3

Innocentius IV episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri .. archiepiscopo Gneznensi salutem et apostolicam benedictionem. Conquesti sunt nobis .. prepositus et fratres de Mechouia Dominici Sepulcri, quod nobilis vir Rodeceslaus dominus de Santia, et quidam alii laici Cracouiensis ciuitatis et diocesis indebitis exactionibus aggrauantes super villa de Cresclauic possessionibus et rebus aliis in elemosinam sibi collatis iniuriantur eisdem. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus partibus conuocatis audias causam et appellatione remota debito fine decidas, faciens quod decreueris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Prouiso ne in terram dicti nobilis excommunicationis uel interdicti sententiam proferas, nisi super hoc a nobis mandatum receperis speciale. Testes autem, qui fuerint nominati, si se gratia, odio uel timore subtraxerint, per censuram eandem appellatione cessante compellas ueritati testimonium perhibere. Datum Lugduni V idus Septembris, pontificatus nostri anno sexto.

Oryginał pargaminowy, przechowany w zbiorach hr. Rusieckich.

1203, 1248.

skolacjonować!!


1259. 7/V Kolonia 4

Conradus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperij per Ytaliam archicancellarius etc. Cum in littera arbitrii inter nos et ecclesiam nostram ex una parte, nec non fideles nostros iudices, scabinos et universos cives Colonienses ex altera super nostris hincinde iuribus per venerabiles viros etc. probati, sigillis nostris hincinde signata contineatur expresse, quod forenci mercatores Coloniam venientes, aut ipsam mercandi animo frequentantes, non sunt permittendi transire terminos anti quitus constitutos, sed hoc secundum consuetudinem antiquam tam ex parte nostra quam civium Coloniensium inviolabiliter observari debere etc. Nos ad requisitionem et instantiam predictorum fidelium nostrorum civium Coloniensium, diligenti investigatione premissa, prout a senioribus et prudentibus ac fidedignis viris sumus per inquisitionem edocti, memoratos antiquos terminos una cum quibusdam aliis articulis ad publicam utilitatem spectantibus, in subscriptum modum duximus exprimendos, quod videlicet nullus mercatorum de Ungaria, Boemia, Polonia, Bawaria, Suevia, Saxonia, Thuringia, Hassia et quibuscunque aliis orientalibus partibus, cum mercibus quibuslibet ad Renum veniens extra atque ultra civitatem Coloniensem, excepta sola causa peregrinationis procedat, neque etiam ullus Flamingus vel Brabantinus aut alius quicunque de ultra Mosam vel aliarum partium inferiorum secundum consuetudinem antiquam et de iure servandam causa mercandi ulterius quam in Coloniam et non trans per Renum neque versus partes superiores ultra villam nomine Rodinkirchen procedat. Et similiter nullus mercatorum de superioribus partibus extra diocesim Coloniensem existens, ultra inferiorem turrim civitatis Coloniensis vel saltem ultra villam nomine Ryle causa mercandi descendendo procedat etc. Actum et datum Colonie nonas maii, anno Domini millesimo CC°L° nono.

(mylne) Codex diplomaticus Arpadianus continuatus, Tom XI, N. 330 z Lacombleta: Urkundenbuch für die Geschichte des Nieder-Rheins, Düsseldorf 1846, Tom II, str. 261.

12.

Trzeba z Lacombleta tekst uzupełnić.



LXVI. 1262. die 21. mensis Maii, Viterbii.

Urbanus IV. P. M. priori provinciali fratrum Praedicatorum in Polonia mandat, moneat Crucesignatos, ut se ad defendendam terram sanctam paratos ostendant.[1]

Urbanus episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio .. Priori Prouinciali fratrum Predicatorum in Polonia Salutem et apostolicam benedictionem. Cum terra sancta Christi respersa sanguine, hoc presertim tempore, quo Tartarorum gens perfida de abditis terre prosiliens, contra terram ipsam diutinis jam paganorum incursibus laceratam, ollam noue persecutionis accendit, festino ac magnifico succursu indigere noscatur, Nos, quorum eius clamor assiduus pulsat aures, ipsius pro corde condolemus angustijs et pressuris, ac cupientes eidem per christianorum potentiam ad laudem et gloriam diuini nominis celeriter subuenire, volumus et presentium tibi auctoritate in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus per te uel per alium seu alios ydoneos, omnes Comites, Duces, Barones, et quoscunque alios clericos et laicos in polonia, necnon in alijs locis, per que tuus extenditur Prioratus, constitutos, cuiuscunque conditionis, status et dignitatis existant, qui olim pro dicte terre subsidio crucis signaculum assumpserunt et assument deinceps, ut se sic studeant preparare, quod ad aliud mandatum nostrum se personaliter conferant in succursum terre predicte, moneas efficaciter et inducas. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concili(s) generali, et indulgentia, qua fratribus dicti ordinis ab apostolica sede dicitur esse concessum, ut de causis, que per litteras apostolicas committantur eisdem, se intromittere minime teneantur, nisi de indulgentia huiusmodi expressam faciant mentionem. Datum viterbij XII Kalendas Iunij Pontificatus nostri Anno Primo.

[1]) Oryginał pargaminowy przechowany w klasztorze Księży Dominikanów w Krakowie. Bula oderwana, pozostał tylko szary konopny sznurek.

Co

3.

1262. (d. ~~19~~ 21. maji) 21

Urbanus episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio .. (sic) Priori Prouinciali fratrum Predicatorum in Polonia salutem et apostolicam benedictionem. Cum terra sancta Christi respersa sanguine, hoc presertim tempore, quo Tartarorum gens perfida, de additis terre prosiliens, contra terram ipsam diutinis iam paganorum incursibus laceratam, ollam noue persecutionis accendit, festino ac magnifico succursu indigere noscatur: Nos, quorum eius clamor assiduus pulsat aures, ipsius pro corde condolemus angustijs et pressuris, ac cupientes eidem per christianorum potentiam ad laudem et gloriam diuini nominis celeriter subuenire, volumus, et presentium tibi auctoritate, in uirtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus per te uel per alium seu alios ydoneos, omnes Comites, Duces, Barones, et quoscunque alios clericos et laicos in polonia, necnon in alijs locis, per que tuus extenditur Prioratus, constitutos, cuiuscunque conditionis, status et dignitatis existant, qui olim pro dicte terre subsidio crucis signaculum assumpserunt et assument deinceps, ut se sic studeant preparare, quod ad aliud mandatum nostrum, se personaliter conferant in succursum terre predicte, moneas efficaciter et inducas. Non obstante constitutione de duabus dietis edita in concilio generali, et indulgentia, qua fratribus dicti ordinis ab apostolica sede dicitur esse concessum, ut de causis, que per litteras apostolicas committantur eisdem, se intromittere minime teneantur, nisi de indulgentia huiusmodi expressam faciant ~~mentionem~~ mentionem. Datum viterbij XII kalendas Junij Pontificatus nostri Anno Primo.

Z oryginału pergaminowego do klasztoru OO. Dominikanów w Krakowie należącego, przy którym atoli zwykłej ołowianej bulli brakuje i tylko sznurek konopny pozostał.

1268 Guido kard. legat. dozwala 40 dni odpustu tym, którzyby w kościele XX Dominikanów Krakowskich z należytem nabożeństwem spowiedź odprawili. —

7

14/X

Frater Guido miseracione diuina tituli sancti Laurencij in Lucina presbiter Cardinalis apostolice sedis legatus dilectis sibi in Christo priori et fratribus ordinis predicatorum in Cracouia, salutem in Domino. Licet is de cuius munere venit ut sibi a fidelibus suis digne ac laudabiliter seruiatur, de habundancia pietatis sue que merita supplicum excedit et vota bene seruientibus multo maiora tribuat quam valeant promereri. Volentes tamen nichilominus populum Domino reddere acceptabilem 2) Christi ad complacendum ei quibusdam illectiuis muneribus indulgenciis scilicet et remissionibus inuitamus vt exinde reddantur diuine gracie apciores. Cupientes igitur ut ecclesia uestra congruis honoribus frequentetur, omnibus Christi fidelibus uere penitentibus et confessis, qui ad ecclesiam ipsam singulis diebus accesserint reuerenter quadraginta dies de in iuncta sibi penitenciae misericorditer relaxamus. Datum Prage II Idus Octobris pontificatus domini Clementis pp IIII anno tercio.

Pierwopis opisany na pergaminie obejmuje wierszy 10.–, u którego wisi czerwono-żółty jedwabny sznurek, bez pieczęci. —

Dokument z Pyzdr.   25/I, Dlusk   1   8

R 1283.

In nomine Domini Amen. Humani generis actiones memoria perpetua indigentes plerumque ab hominum notitia dilabuntur, quae scripturarum seu testium munimine non renovantur. Igitur nos secundus Premizl Dei gratia dux Polonie notum facimus universis tam praesentibus, quam futuris praesentem paginam inspecturis, quod in reformationem nostrae civitatis Pisdrensis, quae per nimie paupertatis inopiam iam fere tota deserta existit et etiam eiusdem civitatis civibus nobis certissime fidelibus, piis ac condignis petitionibus acquiescere cupientes, iam dicte civitati et eisdem ibi civibus in perpetuum manentibus, plenariam damus in perpetuum libertatem per universum districtum nostri dominii, ab omni thelonei exactione, ad quamcunque partem se transtulerint ~~theloneum solvere~~ pro suis mercimoniis peragendis. Volumus etiam, ut nullus de peditibus per pontem in Pogorzelice transeuntibus theloneum solvere teneatur, quicunque autem praesumptuose nostram terram transgressus fuerit, nostram se sentiat indignationem graviter incurrisse. Ut autem nostra rationabilis donatio perpetuo perseveret, praesentem paginam nostri sigilli munimine confirmamus. Praesentibus his testibus Comite Albertho Subcamerario Gneznensi et Kalisiensi, domino Iascone Advocato Pisdrensi, nobili viro Sblino cive et monethario Pisdrensi, qui omnes istud negotium pro bono terre nostre circa nos fideliter ordinaverunt. Datum in Dlusk. Anno gratie Domini MCCLXXXIII in conversione Sancti Pauli per manus Thilonis Notarii curie nostre.

Przy dokumencie jest pieczęć woskowa, u dołu w czwartej części urwana; na niej w środku rycerz z włócznią w ręce; po lewej jego stronie wieża, na niej stróż z trąbką [illegible] napis: Sigillum .. urwany kawałek pieczęci .. ducis Polonie

1) nos scdc Premizl

2) nos scd

Dokument z Pyzdr. 25/I, Dłusk 1 8

R 1283.

In nomine Domini Amen. Humani generis actiones memoria perpetua indigentes plerumque ab hominum notitia dilabuntur, quae scripturarum seu testium munimine non renovantur. Igitur nos secundus Premisl Dei gratia dux Polonie notum facimus universis tam praesentibus, quam futuris praesentem paginam inspecturis, quod in reformationem nostrae civitatis Pisdrensis, quae per nimie paupertatis inopiam iam fere tota deserta existit et etiam eiusdem civitatis civibus nobis certissime fidelibus, piis ac condignis petitionibus acquiescere cupientes, iam dicte civitati et eisdem ibi civibus in perpetuum manentibus, plenariam damus in perpetuum libertatem per universum districtum nostri dominii, ab omni thelonei exactione, ad quamcunque partem se transtulerint ~~theloneum solvere~~ pro suis mercimoniis peragendis. Volumus etiam, ut nullus de peditibus per pontem in Pogorzelice transeuntibus theloneum solvere teneatur, quicunque autem praesumptuose nostram terram transgressus fuerit, nostram se sentiat indignationem graviter incurrisse. Ut autem nostra rationabilis donatio perpetuo perseveret, praesentem paginam nostri sigilli munimine confirmamus. Praesentibus his testibus Comite Albertho Subcamerario Gneznensi et Kalisiensi, domino Iascone Advocato Pisdrensi, nobili viro Sblino cive et monethario Pisdrensi, qui omnes istud negotium pro bono terre nostre circa nos fideliter ordinaverunt. Datum in Dlusk. Anno gratie Domini MCCLXXXIII in conversione sancti Pauli per manus Thilonis Notarii curie nostre.

Przy dokumencie jest pieczęć woskowa; u dołu w czwartej części urwana; na niej w środku rycerz z włócznią w ręce; po lewej jego stronie wieża, na niej stróż z trąbką przy ustach. Wokoło napis: Sigillum .. urwany kawałek pieczęci .. ducis Polonie

Dokument z Pyzdr: Pyzdry 23 XI 3 2 9

R. 1283.

In nomine Domini Amen. Humani generis actiones memoria perpetua indigentes plerumque ab hominum notitia dilabuntur, quae scripturarum seu testium munimine non renovantur. Igitur nos secundus Premisl, Dei gratia dux Polonie notum facimus universis tam praesentibus, quam futuris, praesentem paginam inspecturis, quod inthuentes fidele servitium et utile dilecti civis nostri de Pizdr Henrici de sale sibi suisque successoribus nostrum sal sicum circa Pizdr dedimus ita videlicet, quod idem Henricus et sui successores nobis de ipso sale duas mensuras salis in perpetuum annis singulis solvere tenebuntur, adiungentes eidem Henrico et sue posteritati omne nemus, quod dicto sali adiacet pro agricultura comparanda iure hereditario in perpetuum possidendum cum omnimoda libertate, ita quod nulli penitus de ipsis agris servire compellantur. In huius rei testimonium praesentem cartulam nostri sigilli munimine confirmamus praesentibus his testibus Comite Alberto Subcamerario Gnesnensi, Petro Vlodario Pisdrensi, Sblino Monethario Pisdrensi. Datum in Pisdr Anno Domini M°CC°LXXXIII in die Sancti Clementis per manus Thilonis (Notharii) Curie nostre indictione undecima.

Do dokumentu przyczepioną jest na jedwabnym sznurku pieczęć z wosku koloru krzemienia; w środku na niej widnieje postać rycerza z ~~tarczą~~ włócznią w ręku; boki pieczęci i brzegi z wierzchu poobtłukiwane.

1308. [21.I, in Monte Sti Georgii.]

Nos magister Joannes, filius Omaderi, palatini de genere Aba. Significamus universis et singulis quibus expedit praesentium per tenorem commendantes. Quia quicunque liberae conditionis homines ad fluvium Liblow nunc vacantes ad literam nostram sub scultetia Helbrandi, filii Adiptis ad libertatem decem et sex annorum venire voluerint, ad fidem nostram specialem veniant et congregentur. Et ad eiusmodi libertatem, quod expletis ipsis decem et sex annis de quolibet laneo per singulos annos videlicet in festis Sti Joannis Baptistae, sancti Martini pontificis et dominica Quadragesimae "Laetare" grossos viginti quatuor numeri polonicalis, singulis festis dare et solvere tenebuntur. Ratione vero bellicatium pro festo sancti Georgii Martyris de quolibet laneo per grossos sexdecem erunt obligati dare et exsolvere. Item tres laneos idem Helbrandus, scultetus noster et postmodum filii et heredes filiorum suorum, unum fundum molendini et unum brasitorium in villa nostra Liblow Latoka pacifice et sine aliqua collecta et exactione vel iudicio possidebit in perpetuum vel si etiam plura molendina vel brasitoria fuerint necessaria, prout supradiximus, tutus sit sine aliqua collecta construere et securus et nullus alteri sine ipso valeat ipsa molendina vel braxatoria aedificare, ut vinum et cerevisiam vel quaevis alia potuum sint liberi vendere communiter.

Dicimus etiam, quod omnis homo de villa nostra in fluvio vel in sylva nostra liber sit habitare in piscaturis et venaturis. Item furta, homicidia et huiusmodi latrocinia noster officiolis in medio tempore per nos constitutus iudicabit, cuius tertia pars cedet sculteto et alia iudicia minuta idem Helbrandus iudicabit.

indicabit. Item decimae ecclesiae et in aliis recipiantur et exigantur. Volumus quod non habeat aliquod commune nostra ecclesia cum Polonia sed in Ungaria serviat et famuletur iuxta provinciam Scepusiensem. Item via exiens de villa de qualibet parte sit libera et ad mensuram non computetur. Item quicunque veniunt ad nostram possessionem supradictam, sine aliquo tributo veniant liberé et securé. Item quicunque habitant in nostra possessione, aurum, metallum, argenti, salis fodinam vel alia quaevis genera metallorum reperiri contingat, nostra licentia mediante, liberi sint colere, parare et secari. Et hoc assumpsimus eis praedictas libertates nostra fide mediante conservare tali modo. Quod absque terragio supradicto nec in muneribus, nec in exdecimationibus teneantur. In cuius rei memoriam perpetuamque firmitatem concessimus literas nostras sigillo nostro immunite roboratas. Datum in monte St. Georgii in provincia Scepusiensi dominica die proximo post festum sancti Antonii (. . . . .) anno Domini millesimo trecentesimo octavo. —

–

Przywilej ten na prośbę Mikołaja Kąckiego dzierżacego też sołectwo w nowej Lubowli Zygmunt Król w Krakowie w sobotę po St. Michale (2º października) 1535, zaś także ten przywilej jako też i drugi przez Zygmunta Augusta w Krakowie w piątek przed Kwietnem [1559 Janowi Kąckiemu na 5 zagród także nadany. Zygmunt III w Warszawie na sejmie 28º Marca 1590 r. zatwierdzili

[9º czerwca)

O. 62 str. 2952.

1309.

? 6/VII Voszlin

In nomine Domini amen. Cunctorum perit memoria facto-
rum, nisi literarum ac testium munimine roborentur. Nos igitur
comes Nicolaus Predpelconis palatinus Calisiensis, heres de Gostina,
notum facimus vniuersis, tam presentibus, quam futuris, presentem
literam inspecturis, quod saluti nostre nostrorumque parentum ac
posterorum nostrorum salubriter prouidendo, de consilio nostrorum
amicorum maturo et de concessione pia pariter et assensu benigno
venerabilis in Christo patris domini Andree episcopi Posnaniensis
ac dominorum fratrum suorum capituli ecclesie prefate, ad laudem et
gloriam nominis Dei, Spiritus sancti, domum hospitalem apud
Gostynam in ciuitate nostra Domino suffragante constituimus ope-
rose, adiungentes eidem hospitali ecclesiam nostram in Antiqua Go-
stina, cum omnibus decimis et obuencionibus ad eandem per omnia
pertinentibus. Ex qua racione preposituram et collegium in prescripto
constituimus hospitali, adiciendo eidem prepositure ac collegio ibi-
dem predictam hereditatem nostram, videlicet Antiquam Gostinam
cum omnibus prouentibus, iuribus, iurisdicionibus et alijs pertinen-
cijs et molendino, quod Skrobacz dicitur, cum piscinis, quodquod
sursum in eodem riwlo fieri possint, non obstante aliqua rustico-
rum nostrorum de Daleszyno et aliorum quorumpiam aliunde
preter litus contradiccione, cum ceteris vtilitatibus, que in ea-
dem hereditate et ecclesia nunc habentur et in posterum ha-
beri poterint, prout in suis limitibus continetur. Dedimus eandem
pro vsibus et commodo in locum predictarum ecclesiarum domino
. . . . x) dimidium lacum Zdbibino vlgariter dic-

x) można by czytać „dominio Brino incorporatarum" jeśli będzie mieć sens?

tum, cuius laci dimidietatem apud legitimos heredes de Thonorzyno, videlicet Gomimbam(?), Slauentam et Ceslaum Brodkam pro certa pecunia comparauimus parata, et quamquidem conuersacionem et donacionem reuerendi viri, domini Charlini, abbatis monastery de Lubin, ordinis sancti Benedicti, nobis in Christo dilecti patris, suorumque fratrum pio affectu complectimur, premissa bona, videlicet Hospitale, ecclesiam et hereditates, cum omnibus supradictis per nos dicte prepositure additis et collegio, sibi suoque conuentui suisque successoribus solemni donacione celebrata contulimus in perpetuum possidenda, faciendo prefatum abbatem et conuentum suosque successores premissorum bonorum perpetuos successores et possessores, qui abbas de suo conuentu sui ordinis et monastery ecclesys premissis sibi collatis ordinet prepositum, virum idoneum, prouidum et honestum, aliquot sibi fratribus socialis, vt in eisdem ecclesys deo militent et diuina officia exerceant condecenter. Sit eadem in hospitali cella pro infirmis deputata, vbi decumbant et diligenter prouideantur, pre omnibus tamen considerata mutacione temporum et statu terre. Sane decernimus volentes et statuentes, ne aliquando alterius ordinis vnquam vel monastery seu condicionis persone aliqua surrepcione, astucia vel violencia in premissis ecclesys statuantur, sed tantummodo ordo monastery, qui sedent domi ‡(!) et regulam sancti Benedicti per nos inibi institutus est, perpetuis temporibus inuiolabiliter in eis obseruetur. Preterea fratres nostros et amicos et precipue posteritatem nostram in generacionem et generacionem affectuosissime presentibus exhortamur, vt post decursum vite nostre institutum beneficium pro honore memoriali omnium nostrorum beneficiorum presidys et stipendiorum omniumque pio affectu prosequantur, nichil inde poscant, auferant, nec minuant, nec alys minuere permittant.

‡ [illegible] secundum ordinem et regulam

sed potius augeant, protegant in omnibus et defendant. In huius rei perpetuam memoriam, hanc donacionem nostram ratam et firmam habentes, presentis scripti privilegio confirmamus et sigilli nostri impressione et appensione communimus. Datum idem privilegium dilecto domino Martino abbati prefati monasterij et suo conventui suisque successoribus et fratri Wislao preposito in memorata prepositura constituto, tamquam legitimis patronis perpetuis temporibus duraturum. Actum et datum Poznanie infra Octavas beatorum apostolorum Petri et Pauli, anno Domini millesimo trecentesimo nono. Presentibus hijs prefatis: venerabili in Christo patre et domino Andrea episcopo Poznaniensi, domino Iohanne preposito Poznaniensi, comitibus: Swecesłao et Przedpelcone fratribus nostris, comite Barogniewo (1) de Tarogniewice, comite Wyslao de Głowiec et alijs quam plurimis fidedignis ad premissa vocatis. Datum per manus Pauli scriptoris curie nostre.

Relationes Costenses 1762 fol. 137 (Archiwum państwowe w Poznaniu).

In nomine Domini amen. Ne res gestas ab humana memoria deleat oblivio, sapientum providit racio, eas scripture presidio et testium amminiculo posterorum memorie commendare. Quapropter nos Premislius et Kazimirus Dei gracia duces Cujavie et domini Juvenis Wladislavie, cupientes eorum, que aguntur coram nobis, perpetuam haberi memoriam, universorum tam presencium, quam futurorum, ad quos presentes contigerit devenire, noticie declaramus, quod domina Katherina coniunx Wlodimiri de Logow, filia quondam Stacoslai de Bancow, cum consensu et bona voluntate matris sue ac fratris sui Stanislai, religioso viro fratri Bertoldo abbati Byssevensi, Cysterciensis ordinis et conventui ipsius ibidem, quandam hereditatem, sitam in territorio Bydgostiensi, Dambrovcam wlgari nomine nuccupatam, que ad ipsam iure hereditario pertinebat, cum omnibus pertinencijs suis vendidit pro quadraginta marcis argenti, monete usualis, ~~eamque~~ eamque coram nobis et nostris baronibus cum omnibus ac singulis utilitatibus, agris, pratis, silvis, pascuis, alijsque fructibus et proventibus, nunc repertis et infuturum ibidem reperiendis, secundum quod est in suis terminis ~~seu~~ seu gadibus antiquitus limitata, iure hereditario inperpetuum tenendam, habendam, possidendam et ad usus placitos convertendam, dictis abbati et conventuj resignavit pro quanti-

-tate pecunie memorata. Et vt hec ordinacio seu vendicio rite et racionabiliter facta, a nullo cognatorum predicte domine vel alio quocumque valeat inposterum violari, sed pocius debite robur obtineat firmitatis, presentes nostrorum sigillorum munimine mandauimus roborari. Actum et datum Wladislauie Tunenis septimo kalendas Augusti, anno Domini millesimo C°C°C° vndecimo. Presentibus hijs testibus, comitibus: Iohanne de Plonicow castellano Wisegrodiensi, Budiuogio iudice Wladislauiensi, Dobeslao vexillifero, Wncslao subcamerario, quo intermedio istud negocium exstitit ordinatum, Iohanne subagazone, domino Petro plebano de Gnewcow subcancellario curie nostre, et alijs quam pluribus fidedignis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Koronowo N. 52), opatrzony jest dwiema wielkiemi pieczęciami herbowemi książąt Przemysła i Kazimirza ze zwykłego wosku, zawieszonemi na sznurkach z zielonego i różowego jedwabiu.

1312. Milicz 4/V

In nomine Domini amen. Ideo principes decet de suorum subditorum commodis pia consideracione prospicere, vt qui frequentibus ipsorum gratulantur obsequijs, digna quoque pro ipsorum laboribus premia recompensent. Ideoque nos Henricus Secundus Dei gracia heres regni Polonie, dux Slesie, dux Glogouie et Posnanie scire volumus vniuersos, presencium noticiam habituros, quod consideratis et inspectis fidelibus seruicijs, que nostro genitori felicis recordacionis fidelis noster Dychmderus (!) de Stanowicz exhibuit et impendit, pro seruicijsque nobis et nostris successoribus in posterum exhibendis, ipsi suisque heredibus et legittimis successoribus de innata nobis munificencia, nostrorum procerum supplicacionibus fauorabiliter inclinati, nostram villam Rudegerdorf in districtu Wroenslatensi sitam, cum omni dominio et iure contulimus in perpetuum pacifice possidendam. In cuius rei testimonium presentes nostri sigilli munimine iussimus roborari. Actum Miliczu anno Domini millesimo trecentesimo duodecimo. Presentibus: Valeriano de Stanowicz, Conrado de Psalow, Mathia de Stanowicz, Pezoldo de Cachwicz nostro marschalco, Francisco de Borch, Wichthone de Kothorwicz et alijs multis. Datum per manus Zacharie nostri protonotarij, in die Ascensionis Domini.

Inscriptiones Posnanienses nr. 1575, vol. II, str. 105.

[1312, 23. VI, Cracoviae] 15

~~1312~~ 1412.

In nomine domini amen. Nos andreas Czarniszka aduocatus prouincialis iuris supremi theutonici Castri cracouiensis per Serenissimum Principem et dominum dominum Wladislaum Dei gratia Regem poloniae etc. una cum scabinis eiusdem iudicii infrascripti ad id specialiter deputatus. Significamus tenore praesentium quibus expedit vniuersis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris. Quod cum per nos iudicium fuit bannitum et more solito celebratum coram quo iudicio bannito domina Clychna relicta olim Joannis Meczko haeredis de Sarnowicza cum Elisabeth sua filia perpetuum prolocutorem ipsarum proposuerunt contra dominum Nicolaum Abbatem et conuentum monasterii de Sprzycz, quod quartam partem sculteliae in Scibozyce et mansum, de quo media marca, de molendino tres ~~et~~ cum media marca, et tabernam de quarta dimidia marca dotalicii sui et ad ipsam pertinentia occuparent minus iuste, quod astringebant se probare, reuerendus dominus Nicolaus Abbas cum conuentu per Thomkonem ministerialem prolocutorem et tutorem suum, quod praedicta domina Clichna cum Jacussio suo filio et eodem mediante dicto Meczkowic de Zarnowicza vendiderunt partem tertiam dictae sculteliae in Sciborzyce, cum omni iure et dominio quod ad ipsos pertinebat et resignauit ipsis eandem in iudicio supremo Castri Cracouiensis, nichil pro se

iuris reservando. et postea in iudicio
terrestri regali coram domino Ioan-
ne iudice et Doberslao subiudice con-
fessa fuit dicta domina Clyczna, quod
pro parte sua dictae scultetiae et
pro suo dotalicio fuit satisfactum
et solutum et super hoc litteras iu-
dicii supremi et iudicii terrestris
iudicis et subiudicis terrae cracovien-
sis produxit. Et quod post resigna-
tionem praedictam tenuerunt partem
praedictam scultetiae praedictae et
dotalitii praedicti annum et diem et
alium annum et diem, et tertium an-
num et diem et quartum annum et
diem ex supremo abundanti, et ipsa
domina Clyczna tacuit et siluit si-
ne interdicto et sine averta dictae
partis sculteliae et dotalicii. Quaere-
bat in iure dominus ~~Abbas~~ Nico-
laus Abbas praedictus si ulterius
et perpetuo silere debet, ultra quid
ius dictabat. Post haec advocatus et
scabini examinatis litteris praedictis
per dominum Abbatem be-
ne probatum extitisse, et adiudicave-
rit sibi sculletiam praedictam in dei

boyyce et partem domine Clychnae et
dotalicii sui, ac in totum et integrum
nihil excipiendo cum omni iure et
dominio et dictae domine Clychnae
super eadem et suo dotalicio pro
quo quaestio iudicialiter mota fuit,
et suis legitimis successoribus perpe-
tuum silentium imposuerunt. In cu-
ius rei testimonium et euidentiam
pleniorem praesentem literam scribi
et sigilli maioris, quo in iudicio no-
stro utimur, fecimus communiri.
Actum et datum in Castro Craco-
uiensi feria quinta in Vigilia Nati-
uitatis Sancti Ioannis Baptistae
sub anno Millesimo trecentesimo dua-
decimo. praesentibus his circum-
spectis viris, domino Ioanne Scul-
teto de Pradnik, Nicolao de Biecz,
Ioanne Cygler, Ioanne de Sale, Si-
mone de Lathoro ciuibus Cracouien-
sibus, Magistro Nicolao Wieliczka,
sculteto de Bodzanow, Ioanne He-
tiae, Nicolao albo sartore ciuibus
de Cazimirz, Stanislao de Glogaczow,
Ianussio de Iaworznik scultetis
et iuratis iudicii supradicti ac

aliis fide dignis quam plurimis
personis.

<u>1312.</u>

19/VII [illegible]

17

F (Strzelno)?

In nomine Domini amen. Quoniam humanorum actuum memoria procedente tempore radice obliuionis latibulo sepius inualuitur, necesse est, vt literarum firmetur perpetuarum fulcimentis. Igitur nos Premislius Dei gracia dux Cuyauie et dominus Wladislauie Iuuenis, futuris et presentibus hanc paginam notum fieri cupimus inspecturis, quod in nostrorum remedium peccaminum et parentum nostrorum claustro Strelna nuccupato et domino Iohanni, fratribus et sanctimonialibus ordinis Premonstratensis, in villis dictis Slausco et Bronislaue, quod situm est circa Bolhkyno, et si que locari poterint in terminis villarum earundem, omnem libertatis securitatem, Theutonicique iuris plenariam facultatem, scilicet ius Meydburgense concedimus, ita, quod nec ipsi nec eorum homines in aliquo nobis tenebuntur seruicio vel solucione, eo excepto, quod nobis in festo sancti Martini de quolibet manso mensuram tritici soluere tenebuntur, preter agris prepositi et scolteti dictarum villarum, quos liberos habebunt et dictum censum soluere non teneantur. De iudiciis vero predictarum villarum, qualicumque casu euenerint, iudex antedictarum villarum iudicabit et omnes placaciones recipiet sine nostro impedimento, ita tamen, vt de omnibus causis capitalibus, que tangunt decollacionem vel membrorum mutilacionem, tercium denarium nobis predictus

scoltetus representet. Item predicti villani ad defensionem terre nostre usque ad metas venire tenebuntur. Insuper dictas villas ab omnibus juribus Polonicalibus et ducatus exaccionibus imperpetuum liberamus. Ne autem per processum temporis sive nostre propaginis successivam posteritatem huius rei factum abolicionis paciatur naufragium, presens scriptum tradimus sepedicto claustro, nostri sigilli munimine roboratum. Datum Wladislavie XIIII° kalendas Augusti, anno Domini M°. CCC°. XII. presentibus: Iohanne castellano Wladislaviensi, Dobegneo fratre ipsius, dictis Bessadowicz, Paulo iudice, Boguza subdapifero, Tescone subcamerario, Tescone subagazone et aliis quam pluribus fidedignis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Trzelno N. 17), opatrzony był pierwotnie jedną pieczęcią, po której tylko okruch wosku zwierzęcego, wiszący na sznurze z fioletowego i zielonego jedwabiu pozostał.

Nº Dz: 927
Hont. 16.

18

1312. [1. XII, Cracoviae.]

z Urzedu bez Stempla

Innoie dnii amen. Quoniam que geruntur in tpe corrupunt, a tpe ne tpor mobilitas gesta reru humanar oblivionis pati cogat naufragiu calupnie scripto nolitante. Opus est ut pscripti continentiam p humanis memorie sentiant tutamenta quod postis ptitor notitiam pbeat et testimoniu phibeat veritatis. Novint q univsi tam psentes quam futi. qd nos. Frat Henricus Canonicy sepulcri dnici nec non ppoitus mechovien communicato consilio et consensu omium fratru nror tum magro matino phisico filio Rynoldi de Ccovia. sup questiue que int nos et ipm ex parte altera vsabat. sup. sculteia nostra in Michalovich concordavim sub hac forma quod pfatus Magr Martinus sculteiam in pfata villa / domus nostre Michalovich sita sup fluvium Dlubnam sibi et suis successorib obtineat iure heditario ppetue possidendam. Jura. statuta. ꝯsuetudines. iudicia. penas. et cetera similia iuxta ritum et consuetudiem noviforensium in eadm observando. Jstis nichilominus condicoib sup additis.

Pm

Itm qd Magr Martinus. molendinū Edificabit si qmode
potit in parte aque supiori ubi pns fuit edificatum
et cōstructum et ipō edificato idem Magist. Martinꝰ.
ipō exintegº. possidebit usq admortem dnī Robthi. Et
cum idem Robtus. viam uniuse cōnis introierit
et molendinum. quod expate domus possedit ad ius
et ppetatem. domus nostre redierit. tuc idm Magr.
Matinus. de ipō molendino dimiam patem recipiet.
Ita tam si suum molendinū pleno ope consumabit.
ad quod ediffícandum est obligatus. et domus / ac
ppoitꝰ dimidiam de utoq. Ptea pdtus magr
Martinus de sexto manso vendito ac locato rāne
sue scultetie censum integrit singulis annis pci=
piet. et duos. quos nūc possidet innumō sup dcō
qputabit De mansis vº adhuc locandis sextum
heditarie possidebit. It. tcium denarium. de
iudicō. thabnas. et ortos. pmedium in eadem
villa cum ppoito pcipiet et libe cum suis
successorib. ppetuo possidebit. Duos tam man=
sos exalta pte aque p nobi et p nra domo
excipimus. quos libos esse volumꝰ nec in numō
alioz ipos volumꝰ qputari. Alios vº mansos

qui

qui sunt in eadm pate situate illos volum⁹ mensurare et quecumq ps magrm sepe dcm ipos mensurando ztingerit illam sibi abista fluvij. vsus occidente solis volum9 assignare. Et hec ordinaco nostra inmutablis et fma semp pmaneat psens instrument sibi zscribi fecimus nostri et frm nroz sigillis munimine roboratum. Actum et datum Ccovie. Anno ab incarnacone dni M°CCC. XIJ. Kalendas. decembris. psentibz testibz. in fra scriptis. videlicet. fre. pt°. zmendatore dom9 mechovien. fre: ibertholdo. fre. Nicolao. pcatore dom9 causaz. dno. Job. Canoico sci floriani. dno Rudohero eiusdm eccle Canoico nnon. dno. Jaschone. dco Chorusch9 Canoico. Opolien. et Adam. dechomarow. Judice domus. nre. (Są dwie pieczęcie na massie woskowej wyciśnięte, starte i niewyraźne, zawieszone na sznórkach z nici jedwabnych koloru czerwonego i zielonego – tegoż koloru są sznórki od trzeciej pieczęci, której brakuje.) ——

Zgodność powyższego odpisu, z jego oryginałem, na pergaminie bez stępla pisanym, w Archiwum Akt Dawnych Gubernii Radomskiej w Kielcach

w Kielcach, a mianowicie: w Aktach po-supprymowanych Klasztorach Miechowskim, Olkuskim i Brzozowskim znajdującym się, po sprawdzeniu z Urzędu, na mocy polecenia JW. Prezesa Trybunału Cywilnego Kieleckiego, zaświadczam. —

w Kielcach dnia ~~23 Listopada~~ 5 Grudnia 1850 roku

Archiwista Akt dawnych Gubernii Radomskiej w Kielcach

Jan Świętaszka Kubczycky



Adjunkt

Fr. Wytkowski

1313. 14/I Raciąż

In nomine Domini amen. Quoniam[1] longinquitate fit temporis, quod res clara presentibus, redditur obscura futuris, sicque interdum decisa pullulant, sopita suscitantur et resurgunt sepulta, proinde sanctorum canonum sanxit auctoritas, ut ea, que aguntur, scripturarum testimonio perhennentur, que veritatis sunt indicium ac certitudinis argumentum. Inde est, quod nos Gerwardus divina miseracione ecclesie Wladislaviensis episcopus, notum facimus universis, presentibus et futuris, quod oracionum, suffragiorum et aliorum bonorum operum, que fiunt in domo de Byssovia, Cysterciensis ordinis, nostre dyocesis, participes esse cupientes, requisito fratrum nostrorum, capituli videlicet Wladislaviensis consilio, et super eo habito eorum plenario assensu, decimas mense nostre in villis dictis Vodzyno[2] cum parvo Vodzyno[2] adiacente ibidem, et in Ceozrevezch[3], situatis in territorio Visegradensi, prout nunc heedem ville seu possessiones sunt suis gadibus intercluse, religiosis viris in domo predicta manentibus, fratri Bertoldo[4] abbati ibidem, suisque successoribus necnon et suo conventui ac monasterio loci eiusdem ob spem promerende salutis eterne et specialiter ob reverenciam beate Marie virginis gloriose, gratuite ac liberaliter duximus condonandas, dantes predicto domino abbati et suis successoribus possessionem predictarum decimarum cum agris cultis et incultis seu novalibus

in terminis memoratarum possessionum quiete et paci-
fice in perpetuum possidendas. Resignantes insuper in
hijs scriptis omne ius, quod nobis vel nostris successoribus
aut nostre ecclesie posset competere in eisdem. Cedimus eciam
omni actioni seu inpeticioni iuris seu facti quoquomodo
quesiti, per quē posset hec donacio aliqualiter impediri.
Ut ne super eo in posterum dubium oriatur, presentem lit-
teram sigillis nostro et nostri capituli mandavimus com-
muniri. Datum apud Radcens anno Domini millesimo
C°C°C° tercio decimo, XIX kalendas Februarij. Testes au-
tem sunt: honorabiles viri et dilecti fratres nostri: Stani-
slaus prepositus, Mathias decanus, Albertus scolasticus, Sta-
nislaus cantor Wladislavienses, Michael prepositus, Stan-
ceslaus decanus, Theodricus archidyaconus, Lodwicus can-
tor, Iohannes custos Cruswicienses et alij quam plures cano-
nici ecclesie memorate.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Koronowo N. 58), opatrzony był pierwotnie dwiema pieczęciami zawieszonemi na sznurkach z zielonego i różowego jedwabiu, z których pozostała tylko druga piękna podługowata pieczęć kapituły włocławskiej. Jest i drugi oryginał tegoż dokumentu, przechowany w tem-że archiwum (Koronowo N. 59), opatrzony dwiema pie-częciami, na sznurkach z zielonego i białego zawieszonemi; obie podługowate, w zwykłym wosku, dość dobrze dochowane, z któ-rych pierwsza, pieczęć Gerwarda biskupa, druga obrazowa kapituły kujawskiej. Odmianki tekstu: 1) Quoniam frequenter, 2) Vodzino, 3) Ceczrewech, 4) Bartholdo,

In nomine Domini amen. Nos Geruardus diuina misera-
cione ecclesie Vladislauiensis episcopus, notum facimus vniuer-
sis, tam presentibus, quam futuris, quod cum inter virum reli-
giosum, fratrem Bertoldum abbatem de Byssouia, ordinis
Cisterciensis et suum conuentum ex vna parte, et milites Iohan-
nem et Florianum, heredes de Izbica, filios Lupi, quondam
palatini, ex altera, super hereditatibus Lipicino et Komorze
vlgariter nuncupatis, exorta fuisset materia questionis,
tandem proborum virorum consilio mediante, talem ordina-
cionem rite et racionabiliter inierunt, videlicet, quod dicti mi-
lites Iohannes et Florianus ob spem eterne retribucionis et pro
bono concordie prefatam hereditatem Lipicino cum suis pertinen-
ciis Komorza videlicet et Lucinie resignauerunt et donauerunt
iure hereditario in perpetuum pacifice possidendam. Prefatus
vero venerabilis abbas et suus conuentus pro bono pacis dictis
militibus triginta marcas in subsidium donauerunt. Et ne su-
per ipsorum huiusmodi ordinacionem et concordiam dubietas in
posterum oriatur, presentem literam nostri sigilli munimine
mandauimus communiri. Actum et datum anno Domini mil-
lesimo trecentesimo tredecimo, Kalendis Maij, apud Racianz.
Presentibus dominis: Sulcone archidiacono et Iohanne thesau-
rario, canonico Vladislauiensi, Valtero canonico Cruswiciensi,
et alijs nostris capellanis fidedignis.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo, str. 199
(Archiwum regjonowe w Poznaniu).

In nomine Domini amen. Acta hominum temporaliter diffinita, plerumque ab ipsorum labuntur memoria, nisi scriptis, testibus, ac sigillorum appensionibus fuerint prouide perhennata. Hinc est, quod nos frater Carolus de Treviri, hospitalis sancte Marie domus Theutonicorum Ierosolimitani generalis magister, notum faci- mus vniuersis, presens scriptum visuris, quod preuio nostrorum fratrum consilio, legitimum empcionis contractum, quem venera- bilis in Christo pater, dominus Bertholdus abbas Byssouiensis monastery, Cisterciensis ordinis, Wladislauiensis diocesis, de sui capituli consensu ac de nostro speciali fauore fecit super pro- prietate ac possessione ville Dembogora vulgariter dicte, districtus Swecensis, quam sibi eiusdem veri heredes, videlicet Vitoma, Nimirus et Boguhus fratres et relicta Sotimiri, fratris eo- rundem, Boguslaua dicta, cum suis filys, scilicet Paulo et Boguslao et filia Margaritha, necnon relicta Boguslai fratris predictorum, nomine Margaritha, cum suo filio Marti- no beneuole ac cum deliberacione matura rite pro octoginta marcis denariorum Thorunensium vendiderunt, ac presentibus religioso viro, fratre Theoderico de Lithan, prouinciali terre Culmensis, necnon Iuliano palatino, Paulo succamerario, Swan- toslao Slawenkowicz, Swiethone Wolski, Twyrok Pruteno, Iohanne scriptore predicti prouincialis in Swiecie, concorditer eidem resignauerunt, abrenunciantes pro se suisque consangui- neis, affinibus ac omnibus alys et singulis, qui ius aliquod sibi modo aliquo vendicarent, omni eciam iuri et dominio, quod in eadem villa hactenus habuerunt, impeticione quorumdam

dicte ville heredum consanguineorum, videlicet Boguslai ac
duorum sui filiorum, Stanislai scilicet et Laurencij, conancium
pretextu sexte partis dicte ville seu hereditatis, quam ad se
pertinere de iure asserebant, predictum contractum infringere,
velut irritum et ibidem in Swiecie in iudicio cassata, nulla-
tenus obstante, ratum et gratum habentes, presentis scripti
patrocinio beniuole confirmamus. Insuper quia memoratus
dominus abbas Byssouiensis cum voluntate conuentus sui,
agros ad monasterium ipsorum pertinentes, in hereditate Ba-
gnewo nominata, in dicto districtu Swecensi sita, nobis
in melioracionem dicti castri nostri Swecensis assignaue-
runt, nos eciam ipsorum precibus inclinati, prefatam heredi-
tatem seu villam Dembagora nominatam, cum suis ter-
minis et gadibus, cum agris, pascuis, syluis, nemoribus, pa-
ludibus, borris, mellificijs, et omni iure ac iudicio, vniuer-
sisque illius vtilitatibus, presentibus et futuris, liberam a iugo
rusticalium operum et ab exaccione omnis iuris, quocumque
censeatur nomine, domino abbati ac ipsius monasterio su-
pradicto gratanter conferimus, ab eisdem perpetuo possidenda.
In cuius rei perpetuam memoriam presens instrumentum
desuper confectum dignum duximus nostri sigilli munimine
roborandum. Actum in Swiecie presentibus testibus, viris
honorabilibus, prius nominatis et alijs fidedignis. Datum au-
tem in castro s. Marie, domo nostra principali, anno Do-
mini millesimo trecentesimo decimo tercio, tercio nonas
mensis Iulij.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo, str.
382 (Archiwum rządowe w Poznaniu).

1314. 6/I Skrzypek 23

Druk Stud. Źródłozn. 6, s. 140 w 5

In nomine Domini amen. Quoniam humanorum ac-
tuum memoria procedere tempore caduce obliuionis latibulo
sepius involuitur, necesse est, vt literarum perpetuarum fir-
metur fulcimentis. Igitur nos Wladislaus Dei gracia dux Cra-
couie et Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie et heres re-
gni Polonie, presentibus et futuris hanc paginam notum
fieri cupimus inspecturis, quod ob amorem Dei et glo-
riose virginis Marie, ac in remissionem nostrorum pecca-
minum, domino Iohanni preposito, fratribus et sancti-
monialibus ecclesie Strelnensis, ordinis Premonstraten-
sis et successoribus eorum, nos, .. predecessores, sequa-
cesque nostros eorum oracionibus committentes, dedi-
mus in villis dictis Belsco, Cencivsco, Wytilouo, Czan-
se, et si que alie in districtu predictarum villarum lo-
cari possunt, omnem libertatis securitatem, Theutoni-
cique iuris plenam facultatem, scilicet ius Maydbur-
gense; in villis vero predictis locabuntur homines cuius-
cumque gentis. Admisimus eciam, vt omnes, qui ibi
locati fuerint, nec coram nobis, nec coram aliquo iu-
dice nostro citabuntur nec iudicabuntur pro quali-
cumque causa, sed istorum scoltetus omnes discuciet
causas suo iure; de iudicijs vero, que in districtu pre-
dictarum villarum qualicumque casu euenerint, iudex
antedictarum villarum iudicabit, nobis non deferens,

et omnes placaciones recipiet sine nostro impedimento. Ita tamen, quod de decollacione vel menbrorum mutilacione tercium denarium nobis representet. Item volumus, vt ipsi et homines, qui ibi locati fuerint, in nullo nobis teneantur seruicio vel solucione: eo excepto, quod nobis in festo beati Martini de quolibet manso mensuram tritici soluere tenebuntur, preter agros conuentus et scolteti dictarum villarum, quos liberos habebunt; et si qui mansi deserti iacuerint et inculti, de quibus censum non recipiet conuentus, ~~et scolteti dictarum villarum, quos liberos habebunt~~ nec nos triticum requiremus. Item predicti villani ad defensionem terre nostre Cuyauie vsque ad metas venire tenebuntur. Insuper dictas villas ab omnibus iuribus Polonicalibus et ducatus exigicionibus (!) inperpetuum liberamus. Si quis vero nostrorum posterorum per nos datam infregerit libertatem, iram omnipotentis Dei patris incurrat in nouissimo die et virginis gloriose, genitricis Dei Marie. Vt autem hec gracia, quam dicto conuentui fecimus, rata sit et firma, presentem literam ipsis conscribi fecimus, nostri sigilli munimine roboratam. Datum in Slupcza anno Domini M° CCC° XIIII°, in Epyphania Domini. Presentibus: comite Petro capitaneo Brestensi, Mykolone palatino ibidem, Nycolao castellano in Cowal, Rossalio subcamerario Brescensi, Grimislao dicto Cosczelecz, Zyra Froyanouicz et alijs multis fidedignis, quos morosum est enumerare.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Strzelno N. 20), opatrzony jest wielką pieczęcią pieszą książęcą ze zwykłego wosku, zawieszoną na fioletowym jedwabnym sznurku.

1315. Byssovia 21/IV

Notum sit omnibus, tam presentibus, quam futuris, ad quos devenerit presens scriptum, quod nos Otto dictus Lekschic ex inductu venerabilis patris, domini G. ecclesie Wladislauiensis episcopi, necnon aliorum proborum virorum, quibus constabat temporibus ab antiquis, nec eciam volentes aliena hereditate propriam animam post huius vite cursum condempnare, sed pocius nostre nostrorumque successorum saluti salubrius prouidere, limitaciones de Franschecz, que se extendunt vltra riuulum, qui dicitur Kelsanz, et ultra montes usque ad agros, quas nobis indebite vsurpauimus, ad nostram hereditatem Ganche dictam, domino Con. abbati Byssouiensi, ordinis Cysterciensis et suis fratribus beniuole ex integro restituimus in perpetuum possidendas, sicut sunt antiquitus in presencia domini Michahelis cancellarij tunc temporis illustris principis domini Primislij ducis Cujauie et Venzeslai camerarij et aliorum proborum virorum limitate et per literas iam dicti ducis Cuiauie et domini de Wissegrod antiquitus confirmate. In cuius rei testimonium presens scriptum nostri sigilli appensione duximus roborandum. Datum et actum in Byssouia, anno Domini M°CCC°XV°, vndecimo Kalendas Maij. Presentibus hijs: domino Laurencio capellano de Dobritz, Trochechone, Bogumilo, Nicolao dictis de Pezcin et alijs quampluribus fide dignis.

*/ Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowa N. 66). Na pasku pargaminowym, od dokumentu odciętym i przewleczonym, wisi mała okrągła pieczęć ze zwykłego wosku mocno zetlała i uszkodzona, wyobrażająca w tarczy herbowej pieniek z korzonkami ‡ i dwa listki sercowe, po jednym z każdego boku. Napis otokowy uszkodzony.

1315. 11/V Raciąż 25

In nomine Domini amen. Quoniam longinquitate sepe fit temporis, quod res clara presentibus, redditur obscura futuris, et sic interdum decisa pullulant, suscitantur sopita et sepulta resurgunt, proinde sanciones tam canonice quam legales provide statuerunt, ut ea, que aguntur, scripturarum testimonio perhennentur, ~~quod veritatis~~ qua veritatis sunt indicium et certitudinis argumentum. Ad noticiam igitur universorum, tam presencium, quam futurorum volumus devenire, quod nos Gervardus divina miseracione ecclesie Wladislauiensis episcopus, attendentes destrucciones multimodas et incommoda monasterij Strelnensis, que patitur per frequentes pravorum insultus, et magne peticionis instanciam, quam nobis honorabilis vir frater Iohannes prepositus et sorores sanctimonialium monasterij predicti, ordinis Premonstratensis, sepius porrexerunt, ut eorum inopie de reditibus mense nostre subvenire aliqualiter deberemus principaliter propter Deum, nos vero ipsorum precibus inclinati, habito super eo nostri capituli plenario consilio et assensu et sufficienti deliberacione premissa, commutacionem redituum nostrorum decimalium et villarum seu bonorum ad monasterium predictum pertinencium, fecimus sub hac forma. Ita videlicet, quod predicto preposito et conventui suo Strelnensi reditus decimarum seu decimas nostras, nulli alteri debitas, in Logew villa Theutunicali eiusdem monasterij, et Dolsko villa ducali, que sunt circa Wladislauiam

Iuuenem situate, prout suis certis limitibus sunt distincte, et cum noualibus, iure perpetuo damus ac eciam assignamus libere inperpetuum et pacifice possidendas. Eo duntaxat excepto, quod si dux, qui pro tempore fuerit, in predicta villa Dolsco aratrum suum posuerit, uidelicet de tribus vel quatuor mansis, decimam suo dare poterit capellano; aratores vero eiusdem ducis seu mediatores predictis preposito et conuentui dare decimam tenebuntur; sed si plus arauerit, quam tot mansos, in residuis idem prepositus et sorores decimam percipient integraliter et complete, quam nos euincere promisimus et ipsos reddere indempnes, si forsitan aliqualiter impedirentur in ipsa. Si autem dominus dux dictam villam in aliam transferret personam, extunc dominus ville illius eciam de dictis mansis, quos arabit, dicto preposito et suo conuentui decimam integraliter assignabit; prenominati autem prepositus cum suo conuentu commutacionis nomine villas seu possessiones sui monasterij, nulli alteri debitas: Bronislaue, Bezanouo et Slotouo in territorio Rademensi situatas, necnon et Sculsco cum iure patronatus, sitam in Crusviciensi districtu, prout suis certis limitibus sunt distincte, cum omnibus pertinencijs, scilicet cum lacubus, agris, pratis, mellificijs, quercetis, borris, gajs et iuridicionibus, solucionibus, seruicijs, iudicijs, peticionibus seu iuuaminibus ac omnibus alijs utilitatibus, que in eisdem villis sunt vel esse poterunt in futurum, nobis et nostris successoribus dederunt ac eciam assignauerunt iure hereditario in perpetuum libere et pacifice possidendas, ad euiccionem

nichilominus predictorum bonorum se et suos successo-
res tenore presencium obligantes, si aliquis super eis ali-
quam moueret forsitan questionem. In supplementum
vero commutacionis predicte prefato preposito et suo con-
uentui centum et quadraginta marcas denariorum Tho-
runensium monete et centum mensuras siliginis addidi-
mus, que se tunc ad viginti marcas denariorum com-
munium precio extendebant. Vt autem hec ordinacio
seu commutacio rite et racionabiliter facta, firma et
inuiolabilis perseueret, predicti prepositus et conuentus
renunciauerunt omnibus priuilegijs seu instrumentis, et
omnibus iuribus seu consuetudinibus et auxilijs iuris ca-
nonici et ciuilis, per que predicta ordinacio posset ali-
qualiter impediri. Et ne super eo in posterum dubium o-
riatur, presentem literam sigillis nostro et nostri capi-
tuli mandauimus communiri. Datum et actum apud
Radcens anno Domini M°CCC° decimo quinto, tercio
Ydus may. Presentibus fratribus nostris, dominis: Stani-
slao preposito, Mathia decano, Alberto scolastico, Iohan-
ne cantore Wladislauiensibus, Michaele preposito, Sta-
nislao decano, Bodzeta scolastico, Lodwigo cantore, Io-
hanne custode Cruswiciensibus et alijs quam pluribus v-
triusque ecclesie canonicis fidedignis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rzą-
dowem w Poznaniu (A. Trzelno N. 18). Pieczęć, która na
sznurku snać uwieszona była, oderwana.

1315.

In nomine Domini amen. Vniuersa negocia, que permanere
debent in statu solido, literarum caucione ac proborum viro-
rum fiunt testimonio firmiora. Hinc est, quod nos Primislius
Dei gracia dux Cujauie et dominus in Wyssegrod et Bydgost,
notum facimus vniuersis presentibus et futuris, hanc pagi-
nam audituris seu visuris, quod comes Zhyra vna cum
fratre suo Woycech, heredes de Colhomirze, in nostra pre-
sencia constituti pro gadibus seu limitacionibus inter he-
reditatem eorum, videlicet Colhomirze, et hereditatem mo-
nasterij de Byssouia, Wosino nominatam, in territorio
Wyssegrodensi situatas, asserebant publice protestantes,
ipsas limitaciones coram multis viris probis et honestis
rite et racionabiliter esse factas. Que se extendunt a ru-
beto, qui dicitur Chalinsters usque ad paludem Zerzo-
uite, et directe per paludem usque ad Sdroge, necnon
et gades presentibus infranotatis viris ab eisdem et ab
abbate predicte domus in districtu dictarum limita-
cionum positas, ipsi eas ratas ac firmas habituros, ipsas-
que ab eisdem comite supradicto Zhy. et a prefato
fratre suo Woy. et a posteris siue successoribus eorum,
ymmo eciam a successoribus fratris eorundem felicis
memorie Zdrelik permittentes et esse volentes irreuoca-
biles, irreiterabiles et inviolabiles perpetue perman-
suras. Nobis igitur prenominati comes Zhy. cum fratre

./.

suo Woy. humiliter supplicarunt, quatenus sepedictas limitaciones pro utriusque partis concordia, prout in presencia proborum virorum essent limitate, nostris litteris testimonialibus dignaremur aprobare ac eciam confirmare. Nos vero precibus eorum inclinati, pro pacis conservacione, et ut hec ordinacio sev disposicio limitacionum predictarum a nemine valeat in posterum violari, sed pocius debite robur obtineat firmitatis presencium monasterio confirmamus ac nostri sigilli muninime cu- raumus roborari. Actum et datum in Wyszegrod anno Domini M°CCC°XV°, VIII kalendas Septembris. Presentibus hijs testibus: Vincencio Bogocicz, Jacobo iudice de Leszce, Zygin de Lysow, Woycech de Jezcin, Wenceslao camerario nostro et alijs quam pluribus fide dignis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 69) opatrzony jest wiszącą pieczęcią herbową księcia Przemysła (Piekosiński N.) znacznie uszkodzoną, zawieszoną na blado różowym jedwabnym sznurku.

1316. (Sm 1.) 28

Anno 1316, die 1a Maji, in Płock.

Stanislaus, haeres de Zbożenna, cum fratre suo Wszeborio, ac Creslao, patruo, utramque rippam in fluvio Radomirka, ad certas duntaxat metas, cum juribus varijs, monasterio Sulejoviensi in perpetuam conferunt eleemosinam.

"In nomine domini amen.

Quoniam mundus caducus est, et diuersis cotidie casibus uariatur, ideo necesse est actiones legittimas, que memoria (indi)gent, in noticiam transmitti futurorum. Hinc est, quod nos Stanislaus, heres de Sboroña[1.)], notum facimus vniuersis, presencium tenorem inspecturis, quod nos de consensu uxoris nostre, necnon et liberorum nostrorum, in elemosinam, pro salute nostra, ac pro animabus progenitorum nostrorum, dedimus Abbati, et conuentui domus de Sulejow[2.)], ac mere contulimus vtramque ripam nostram in fluuio, qui wlgariter Radomir(z)a[3.)] nomine nuncupatur, a certis metis, quas habemus cum Seuborio, fratre nostro, uel cum Creslao, patruo nostro, vsque ad certas metas inter Skrin[4.)], hereditatem dicti Abbatis, uel conuentus de Sulejow[2.)], et Sboroñam[1.)], videlicet Saluskow[5.)], quantum aqua piscine, quam ibidem facere proponunt, in sui latitudine, uel longitudine, poterit

se extendere, et omni iuri, utilitati, et vsui, quam habuimus cum liberis (nostris), uel habere potuimus, et possemus, eidem abbati, (et) conuentui de Sulejow[2.)], in perpetuum totaliter resignamus. Et si ultra dictas metas aqua piscine, quam ibidem facere intendunt, superexcesserit, et hereditatem nostram aliqua parte occupauerit, per hoc non licebit nobis piscinam, seu molendinum eorum inpedire; et si aqua piscine crescat, uel decrescat, nullatenus a nobis, nec a liberis nostris, debent predicti fratres inpediri. Insuper dictam donacionem nostram prefato Abbati, et conuentui, coram domino duce, et baronibus terre per priuilegium ducis, uolumus eis (confirmari)[x)]. Ne autem ab aliquo successore nostro, nostra donacio in futurum, aliqua de causa ualeat occupari, presenti scripto sigillum nostrum cum sigillo Adalberti, heredis de Dreuijcha[6.)], in perpetuum robur firmitatis duximus apponendum. Datum in Plocesch[7.)], in die beatorum apostolorum, Philippi, et Jacobi, anno domini M°CC°XVI°, presentibus: Adalberto, herede de Dreuijcha[6.)], Jaskone, patruo ipsius, fratre Beroldo, (procurato)re de Skrin[4.)], Prutkeno, iudice de Sborona[1.)], Petro, fabro, et alijs quampluribus fidedignis.

x) Wyraz ten w oryginale, jakby umyślnie, wyskrobany.

Dokument oryginalny pergaminowy, wytarty w wielu miejscach z wilgoci i podziurawiony. Obu pieczęci brak; pozostały po nich dwa sznury jedwabne karmazynowe. – Inicjał J., arabeskami zdobny, biegnie wzdłuż czterech pierwszych wierszy kolumny tekstu. Pismo umieszczone na linjach, inkaustem nakreślonych, a dziś jeszcze widocznych. – Na odwrotnej stronie dokumentu znajduje się notatka z wieku XVI-go, zawierająca jego treść. – Własność Wgo Władysława Smoleńskiego z Warszawy. – Por: Nr Sm 2

Sprawdzić

1.) Zbożenna, gub. Radomska, pt. Opoczyński, par. Skrzyńsko. –
2.) Sulejów, os. par. w gub. i pow. Piotrkowskim.
3.) Radomirka, alias Giełczew, (dawniej Bełżca i Kiełczewka), rzeczka, wypływająca z pow. Krasnostawskiego, a wpadająca do Wieprza. –
4.) Skrzynno, os. paraf. w pow. Opoczyńskim, gub. Radomskiej.
5.) Żałusków,
6.) Drzewica, os. par. w pow. Opoczyńskim, gub. Radom.
7.) Płock, mto gub. w Król. Pols.

1316. 1/V Gniezno

In nomine Domini amen. Ne res gestas aboleat processus temporum, confirmat illas sollempnis tytulus literarum. Hinc est igitur, quod nos Bertholdus abbas totusque conventus fratrum de Bissenia, ordinis Cysterciensis, presentibus protestamur, quod facta commutacione cum venerabili patre nostro, domino Ja. sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopo, super bonis nostris Dobrow videlicet et pertinencijs ipsius, tam in proprietatibus, hereditatibus videlicet, quam in decimis, receptisque ab ipso decimis in castellania retro Nakel, prout in instrumentis super hoc confectis plenius continetur. Ne ad defensionem ipsius et dictorum bonorum Dobrow videlicet ac pertinenciarum ipsius ad requisicionem dicti domini archiepiscopi vlterius evocemur et expensis ac laboribus fatigemur, eidem domino archiepiscopo originalia super eisdem bonis duximus assignanda, renunciantes prorsus omni iuri, quod habuimus in eisdem. Adiungimus insuper, quod si aliqua originalia Sedis apostolice et quarumcumque aliarum personarum penes nos remanente, eis, quantum ad sepedicta bona vti penitus nolumus, ymmo ipsis renunciamus in totum; Pecena (?) eciam hereditatem nostram, que ad Dobrow minime pertinebat, eidem Dobrow adiungimus per presentes cum omnibus suis vtilitatibus et pertinencijs, vt sepedictum

dominum archiepiscopum et suum capitulum in nostris negocijs fauorabiles habeamus. In quorum omnium testimonium presens instrumentum nostris sigillis fecimus communiri. Actum et datum in Gnezno anno Domini M°CCC°XVI, Kalendis Maij. Presentibus viris honorabilibus, dominis: Wlostiborio preposito, Nicolao decano Gneznensibus, Iohanne preposito Wlocensi, Iohanne archidiacono Lanchiciensi, et multis alijs fidedignis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum kapituły metropolitalnej gnieźnieńskiej (N. 70), opatrzony był niegdy dwiema pieczęciami, po których tylko sznurki zielone jedwabne pozostały.

1318.

(Sm. 2) 31

Anno 1318, die 19a Martij, apud Chęciny Vladislaus, dictus Locticus, dux Cracoviae, etc., donationem, quam Stanislaus, haeres de Zborzona, cum fratre suo Wszeborio, ac Creslao, patruo, monasterio Sulejoviensi fecerunt, ratam habens, confirmat.—

In nomine domini amen. Quoniam ea, que in remedium animarum, ac salutis ob respectum, conceduntur, confirmacione principum indigere consueuerunt, ne temporis prolixitate posset ipsis calumpnia nouercari, igitur nos, Wladislaus, dei gracia dux Cracouie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cujauieque, necnon tocius Regni Polonie heres, notum esse volumus vniuersis, presencium noticiam inspecturis, quod comes Stanislaus de Zborzona[1.)], in nostra, nostrorumque presencia constitutus, sana mente, et spontanea voluntate recognouit, quod sue, et progenitorum suorum salutis ob respectum, vtramque rippam suam, iacentem ex vtraque parte fluuij, Radomyrza[2.)] vocati, a metis certis, quas habet cum suis: fratre Wzeborio, et Creslao, patruo, vsque ad certas metas inter Skrzin[3.)], hereditatem Suleouiensium[4.)] ~~fratrum~~, et villam Zborzona[1.)], videlicet vsque Zaluskow[5.)], memorate domui Sulejouiensi[4.)], Abbati et Conuentui

ibidem dedit, tradidit, et libere condonaūit, sūe consortis et puerorūm de consensū, perpetuo valituram, vt ibidem pro domus vtilitate possit construi molendinūm, aūt qūecūnqūe alia vtilitas, qūe domūi Suleioūiensi[4] videretūr opportuna, non obstante de piscina aqūe; si ipsam excrescere contigerit, in longitudine, aūt latitudine metarūm predictarūm, aliqūo impedimento. Que, piscine, seū aque, excrescencia, domūi predicte, Suleioūiensi[4], et molendino ipsiūs, nullum preiūdicium debet generare, seū a qūoquam graūamen. — Nos vero, prefatam donacionem gratam habentes, presenti patrocinio confirmamus. Ad cuiūs rei eūidenciam pleniorem, presentes litteras dari mandaūimūs, et nostri sigilli munimine consignari. Actūm apud Chancrijni[6], anno domini millesimo tricentesimo decimo octaūo. Presentibūs his testibūs: domino Johanne, Cancellario Lanciciensi[7], domino Ywone, cantore Gnezensi[8], Clemente, pallatino, Jankone, Thezaūrario Siradiensi[9], Spicigneo, castellano Rosprzensi[10], et Sÿmone, nostro procūratore Visliciensi[11]. Datum per manūs domini Sbignei, Viceecancellarÿ Cracoūiensis, die dominico, qūo cantatur „Reminiscere“. —

Transsumpt z dokumentu oryginalnego pergaminowego, z r. 1472-go, oznaczonego w zbiorze niniejszym N-rem: Sm^3.– Por: N-r Sm^1

1.) Zbożenna, gub. Radomska, pt. Opoczyński, par. Skrzyńsko.–

2.) ~~Rzeczka~~ Radomirka, alias Gielczew, (dawniej Bełza i Kiełczewka), rzeczka, wypływająca z pow. Krasnostawskiego, a wpadająca do Wieprza.–

3.) Skrzynno, os. paraf. w pow. Opoczyńskim, gub. Radomskiej.–

4.) Sulejów, os. paraf. w gub. i pow. Piotrkowskim.

5.) Załusków,

6.) Chęciny, os. paraf. w gub. i pow. Kieleckim.

7.) Łęczyca, mto. pow. w gub. Kaliskiej.–

8.) Gniezno, mto. pow. w Wielkiem Ks. Pozn.

9.) Sieradz, mto. pow. w gub. Kieleckiej.

10.) Rozprza, os. paraf. w gub. i pow. Piotrkows.

11.) Wiślica, os. paraf. w gub. Kieleckiej, pow. Pińczowskim.–

1320. 14/III, S. L. 33

Nos frater Gerardus ordinis Cisterciensis, Gnesnensis diocesis abbas in Lukna, vniuersis, ad quos presencium noticiam contigerit peruenire, constare cupimus publice protestando quod venerabilis in Christo pater ac dominus, dominus Iohannes abbas monastery de Byssouia ordinis predicti et diocesis Vladislauiensis, vna cum suo conuentu ex integro ac totaliter, rite et racionabiliter nobis ac nostro conuentui pecunias persoluit, pro quibus hereditatem Swiniarzewo nuncupatam sibi vendidimus. In cuius rei peracte testimonium sigillum nostrum cum sigillo nostri conuentus presentibus est appensum. Datum anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo, feria sexta ante dominicam, qua cantatur Iudica in Quadragesima.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo, str. 369 (Archiwum rządowe w Poznaniu).

1320.

Vniuersis presentes visuris. Frater Hinricus Bucholcz commendator in Mewa salutem et noticiam subscripto-rum. Quia Dobislaus et Zodlich religiosos viros, abba-tem et fratres ordinis Cisterciensis de Bissouia iniuste inpetere presumserunt coram nobis in iudicio prouin-ciali pro bonis Zcechschino dictis, tandem ad cor re-uertentes, sponte coram nobis et multis, in iudicio con-gregatis, publice sunt confessi, quod nec ipsi, nec ali-quis de generacione ipsorum ius aliquod in prefatis bonis haberent, et hoc ipsum multi, qui simul aderant, fate-bantur. Idpropter nos de consilio iudicum nostrorum et aliorum sapientum predicta bona memoratis abbati et fratribus de Bissouia sentencialiter adiudicauimus, ac Dobislao et Zedlik prenominatis silencium indiximus super peticione premissa. Et quoniam distensio erat inter abbatem prelibatum et vicinos bonorum Zechino et Wicco-wo super gadibus et granicijs, commisimus Dobislao iudici nostro de Coslin, Charsnio et Bogumilo de Wissino, adiungentes eis socium nostrum, fratrem Fridericum Sa-xend, vt illuc accedentes, diligenter inquirerent a vicinis de gadibus predictis et distingwerent fideliter. Qui taliter distinxerunt et in scripto retulerunt, ita sane, quod dicte granicie primo incipiunt, vbi lacus Zechino inchoatur,

./.

qui retro est ultra terminos dictorum bonorum, et ascen-dendo inde directe per montem usque ad quandam la-pideum cumulum, qui est in fine laci (?) ipsius, qui Dluga dicitur, qui totus includitur terminis predictis, deinde directe usque ad quemdam lapidem, qui iacet in fine paludis eundo in Chirchouua, abinde directe per viam, que ducit de Chirchowa ad quemdam cumulum lapi-dum, ubi est quercus signata, et inde directe ad lacum Sesechesna dictum et inde directe per medium ascenden-do usque ad finem laci iam dicti, deinde directe per siluam usque ad viam, que vadit de Zechnia in Gar-chinam, ubi se diuidunt directe rubus quercina, et ab-inde directe usque ad metas Cobilov in monte, et ab-inde directe usque in Werseyzina descendendo ad fluuium Zchechina se extendunt et taliter terminan-tur; prata quoque, que parua Barnochowa dicuntur, ad sepedicta bona pertinent ex antiquo. Hec se sic ha-bere, quibus commiseramus, constanter asserebant, unde in horum euidenciam et memoriam per omnia, presentes dictis abbati et fratribus de Bissouua dedimus cum nostri apensione sigilli. Datum in Reyzko anno Do-mini M°CCC° vicesimo, in vigilia beati Nycolay. Testes sunt: frater Fridericus Saxo socius noster, domi-nus Gotfridus antiquus abbas et frater Iohannes nota-rius abbatis de Polplin, Lupoldus ciuis de Thewa, Benko et Nisalk iudices nostri, Benko et Oto de Reyzko et alij plurimi fidedigni.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum re-gowem w Poznaniu (Coronowo N. 70). Po pieczęci pozostał tylko pasek pargaminowy.

1325. 18/VI Nakło 35

In nomine Domini amen. Nos Iacobus iudex Gneznensis et Kalissiensis notum facimus vniuersis, ad quorum noticiam deuenerit scriptum presens, quod cum coram serenissimo domino nostro Wladislao rege Polonie per Iohannem dictum Wyszczelicz venerabili in Christo patri domino Ia[cobo] Gneznensi archiepiscopo super cremacione domus et super hereditate dicta Pczelyno exorta fuisset materia questionis . . . . . . m dominus archiepiscopus rem iudicatam per suum aduocatum allegans, dixit se eam super hijs o . . . . li iudicio euasisse et hoc per honoratos milites se obtulit probaturum. Cui nos in presencia . . . . orem dedimus et terminum assignauimus ad probandum. Veniente autem termino idem dominus . . . . posuit, quos prefatus Iohannes ad iurandum, de sua diffidens iusticia non admisit, et cum media . . . . nobis in presencia parcium retulisset, nos de consilio baronum predictum dominum archiepiscopum ab impeticione [predicti] Iohannis absoluimus et suprascriptam hereditatem Pczelyno ipsi domino archiepiscopo auctoritate domini regis adiudicauimus et adiudicamus perpetuo finaliter in hijs scriptis, dicto Iohanni super hereditate predicta perpetuum silencium imponentes. In cuius rei testimonium presentes literas scribi fecimus et nostri sigilli munimine roborari. Actum in Nakel XIIII kalendas Iulij, anno Domini M°CCC° vicesimo quinto. Presentibus nobilibus viris: Martino palatino, Stauan-

-/-

ta castellano Kalisiensibus, Philippo Lendensi, Ber-
noldo Sremensi castellanis, Janussio Sornaniensi et
Ottone Kalisiensi subcamerarijs et alijs multis.

Dokument pargaminowy z wytlałą dziurą, przecho-
wany w Archiwum kapituły metropolitalnej gnieźnień-
skiej (N. 89), opatrzony był pierwotnie jedną pieczęcią,
po której tylko pasek pargaminowy pozostał.

10.

1327. (d. ~~28~~ 29. aprilis)

Johannes episcopus seruus seruorum dei. Dilecto filio . . (sic) Priori Prouinciali fratrum ordinis Predicatorum in Polonia salutem et apostolicam benedictionem. Inter alia, que nobis ex apostolatus incumbunt officio, animarum precipue nos conuenit inuigilare saluti, ut eas Regum Regi, qui nos illarum, licet immeritos uoluit preesse regimini, lucrificare, sua nobis cooperante gracia ualeamus. Verum quia non est deo acceptum obsequium, quod sine fine prestatur, nec peruenitur operum hedificiis ad salutem, quod supra firmitatem fidei non consurgit, ad propagandam eam et corroborandam in mentibus hominum, intencione tua, omnique solicitudine, ac uerbi et operis efficacia laborare debemus, ut christiana religione lacius diffusa per orbem, patris eterni filius, multiplicatis seruitoribus plenius honoretur. Porro plures opposite intencionis prosequentes affectum, in contrarium studia malignitatis exercent, dum fidem ipsam detractionis iaculis feriunt, et eam de fidelium abolere pectoribus, aduersi dogmatis instructione conantur; quibus sic est cura uigili et labore sedulo assumptis armis spiritualibus resistendum, ut eorum detestandum propositum et conamen, auxiliante domino penitus uacuetur et fide catholica per Christi pugiles uirtuose defensa, nomen domini gloriosum dignis semper laudibus efferatur. Cum igitur, sicut accepimus, in Regno Polonie hostes crucis de remotis partibus Alamanie et circumpositis Regionibus frequenter et latenter inuadant, simplices et catholicos dicti Regni, eosque inficere et a ueritatis lumine deuiare, fallanciium argumentacionum impulsibus moliantur. Nos uolentes contra talium dolosam astutiam, ne diffusius in Regno predicto huiusmodi serpat morbus, oportunum remedium per sedis apostolice diligentiam adhiberi, ac cupientes anxie, ut negotium fidei iugi profectum, elisis omnino quibuslibet erroribus fortius inualescat, discretioni tue aliquos de fratribus tui ordinis tue Prouincie ydoneos, in lege ~~dei~~ ~~[illegible]~~ domini eruditos, quorum honesta conversatio exemplum tri

buat puritatis, exemplum tribuat puritatis [sic] et doctrinam fun-
dant erudita labia salutarem, ad huiusmodi opus dominicum exe-
quendum, auctoritate apostolica deputandi per partes ipsius Regni
et alias partes tibi per ordinem tuum limitatas, ipsosque amo-
uendi, ipsisque amotis, uel de hac luce subtractis alios similiter y-
doneos instituendi, quotiens tibi uisum fuerit, plenam et libe-
ram concedimus tenore presentium facultatem; qui quidem
fratres, cum per te ad hoc deputati seu instituti fuerint, ut
prefertur, iuxta et secundum instituta canonica super hijs pro-
mulgata, auctoritate predicta, Clero et populo conuocatis, ge-
neralem predicationem in dicto Regno, ubi et quotiens ex-
pedire uiderint, facientes inquisitionis officium contra labem
heretice prauitatis, diligenter et solicite, prout deus eis dederit,
exequantur, contra hereticos, credentes, fautores, defensores
et receptatores eorum, iuxta et secundum eadem statuta, auc-
toritate prefata nichilominus processuri; et si aliqui heretica
labe penitus abiurata ad ecclesie redire uoluerint unita-
tem, ipsis iuxta formam ecclesie ac secundum prefata sta-
tuta beneficium absolucionis impendant, et iniungant eis,
quod talibus est secundum statuta huiusmodi iniungendum;
Attentius prouisuri, ne qui uidentur reuerti, sub palliata
specie pietatis, impietatem committant, et Angelus Satha-
ne, in lucis Angelum se transformet: propter quod statu-
ta super hoc promulgata respicere poterunt, et ab eorum in-
sidijs secundum discretionem eis traditam a domino, preca-
uere; Ad hoc, ut ijdem Inquisitores super premissis omnibus
officium sibi commissum libentius possint et efficacius exerce-
re, omnibus, qui ad predicationem eorum accesserint, in singu-
lis stationibus viginti dies. Illis uero, qui ad impugnandum he-
reticos, fautores, receptatores et defensores eorum, in munitionibus
et Castellis uel alijs, contra ecclesiam rebellantes, ipsis ex ani-
mo auxilium, consilium prestiterint uel fauorem, Tres an-
nos de iniuncta sibi penitencia, auctoritate apostolica rela-
xandi, et siqui ex eis in prosecutione huiusmodi nego-
tij forte decesserint, eis omnium peccatorum suorum, de
quibus corde contriti et ore confessi fuerint, plenam in-
dulgentiam concedentes, ac ne aliquid fratribus ipsis desit ad
predictum negotium prosequendum, in Contradictores et rebelles

ecclesiasticam proferendi censuram; Predicatores quoque questua-
nos, quorum interest caritatiua tantum subsidia simpliciter
petere, ac indulgentiam, siquam forsan habent, exponere,
a predicationis officio, quod ad illos nullatenus pertinet, com-
pescendi censura simili, tenore presentium liberam eis con-
cedimus facultatem. Datum Auinione iij Kalen-
das Maij Pontificatus nostri Anno vndecimo.

Z oryginału pergaminowego należącego do
Klasztoru OO. Dominikanów w Krakowie.
Dolnej części czysta oderznięta świeżo
wraz z bullą.

1292, 3 listopada.

~~Wacław, król czeski, książę krakowski i sandomierski, margrabia morawski,~~

~~Nos Wenczeslaus, Dei gratia rex Bohemiae, dux Cracoviae et Sandomiriae marchioque Moraviae, harum serie notum facimus universis, quod cum in privilegiis~~

1327, 29 kwietnia.

Jan XXII upoważnia ~~do~~ Dominikanów polskich do ~~[illegible]~~ dochodzenia wciskającego się z Niemiec innowierstwa

Johannes episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio ..., priori provinciali fratrum ordinis Praedicatorum in Polonia, salutem et apostolicam benedictionem. ... Cum igitur, sicut accepimus, in regno Poloniae pestes erroris de remotis partibus Alamaniae et circumpositis regionibus frequenter et latenter invadant, simplices et catholicos dicti regni, eosque inficere et a veritatis lumine deviare fallacium argumentationum impulsibus moliantur, nos volentes contra talium dolosam astutiam, ne diffusius in regno praedicto huiusmodi serpat morbus, ~~oppor~~ opportunum remedium per sedis apostolicae diligentiam adhiberi ac cupientes anxie, ut negotium fidei iugi profectum elisis omnino quibuslibet erroribus fortius invalescat, discretioni tuae aliquos de fratribus tui ordinis tuae provinciae idoneos in lege Domini eruditos, quorum honesta conversatio exemplum tribuat puritatis, et doctrinam fundent erudita labia salutarem, ad huiusmodi opus Dominicum exequendum auctoritate apostolica deputandi per partes ipsius regni et alias partes tibi per ordinem tuum limitatas ipsosque amovendi, ipsisque amotis vel ex hac luce subtractis alios similiter idoneos instituendi, quotiens tibi visum fuerit, plenam et liberam concedimus tenore praesentium ~~libertatem~~ facultatem. Qui quidem fratres cum per te ad hoc deputati ~~et~~ seu instituti fuerint, ut praefertur, iuxta et secundum instituta canonica super his promulgata auctoritate praedicta

clero et populo convocatis generaliter praedicationem in dicto
regno, ubi et quotiens expedire viderint, facientes, inquisitionis
officium contra labem haereticae pravitatis, diligenter et solli-
cite, prout Deus eis dederit, ~~exeq~~ exequantur, contra haere-
ticos, credentes, fautores, defensores et receptatores eorum iuxta
et secundum eadem statuta auctoritate praefata nihilominus provisuri,
et si aliqui haeretica labe penitus
abiurata ad ecclesiae redire voluerint unitatem, ipsis iuxta
formam ecclesiae ac secundum praefata statuta beneficium
absolutionis impendant et iniungant eis, quod talibus est se-
cundum statuta huiusmodi iniungendum, attentius provisuri,
ne qui videntur reverti, sub palliata specie pietatis impie-
tatem committant et angelus satanae in lucis angelum se
transformet. Propter quod statuta super hoc promulgata respi-
cere poterunt et ab eorum insidiis secundum discretionem eis
traditam a Domino praecavere. Ad hoc, ut iidem inquisi-
tores super praemissis omnibus officium sibi commissum
libentius possint et efficacius exercere, omnibus, qui ad
praedicationem eorum accesserint, in singulis stationibus
viginti dies, in illis vero, qui ad impugnandum haereticos,
fautores, receptatores et defensores eorum in munitionibus
et castellis vel aliis contra ecclesiam rebellantes ipsis ex
animo auxilium, consilium praestiterint vel favorem, tres
annos de ~~iniun~~ iniuncta sibi poenitentia auctoritate
apostolica relaxandi, et si qui ex eis in prosecutione
~~h~~ huiusmodi negotii forte decesserint, eis omnium peccatorum
suorum, de quibus corde contriti et ore confessi fuerint, ple-
nam indulgentiam concedendi, et ne aliquid fratribus ipsis
desit, ad praedictum negotium prosequendum, in contradictores
et rebelles ecclesiasticam proferendi censuram, praedicatores
quoque quaestuarios, quorum interest, caritativa tantum subsi-
dia simpliciter petere ac indulgentiam, si quam forsan habent,
exponere, a praedicationis officio, quod ad eos nullatenus per-
tinet, compescendi censura simili tenore praesentium liberam eis
concedimus facultatem. Datum Avinione III. kalendas Maii,
pontificatus nostri anno undecimo.

Z oryginału pargaminowego, u którego atoli bulli już nie
ma. — Właściwości pisowni: fallancium (błąd) oportunum
ydoneos ~~tij~~ ~~soll~~ sollicite nichilominus Sathane a wreszcie
częściej yj lub yjs zamiast ii lub iis.

1327. 30/IX - 6/X s. l. 39

In nomine Domini amen. Cum resignaciones, donaciones et contractus vigorem non valeant obtinere, nisi literarum testimonio et solemni confirmacione fuerint roborate, proinde nos Vladislaus Dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuiavieque dux et dominus, scire volumus universos, tam presentes, quam posteros, harum literarum seriem inspecturos, quod nobilis vir Vincencius de Smogorow iudex Vladislaviensis, offerens se nostro nostrorumque baronum conspectui, non coactus, sed spontanea voluntate, mediam partem hereditatis, in vulgari Wiskitno vocitate, Iohanni genero suo, heredi de Ruchow, racione et nomine dotis seu dotalicij, cum omnibus utilitatibus, usufructibus, qui nunc sunt, aut fieri poterunt in futuro, dedit coram nobis, resignavit et libere condonavit in perpetuum valiturum. Quorum peticionibus inclinati, dictam donacionem et resignacionem ratam, gratam ac firmam habentes, presentibus duximus confirmandam. Datum infra octavas s. Michaelis archangeli, anno Domini M CCC XXVII. Presentibus nobilibus viris: Pribislao Posnaniensi, Marcino Kalissiensi palatinis, Petro Posnaniensi, Mikulo Naklensi castellanis, domino Petro preposito Sandomiriensi ac vicecancellario curie nostre, per cuius est manus datum.

Liber privilegiorum monasterij de Koronowo, str. 409. (Archiwum rządowe w Poznaniu).

1328. 6/XII Wrocław

Druk. st. Źródł., t. VI.

In nomine Domini amen. Cum ordinaciones, resignaciones et contractus mere quoslibet robur obtinere nequeant firmitatis, si consensu regum seu principum et litterarum testimonio non fuerint roborate, proinde nos Wladislaus Dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Lancicie, Cuyauieque dux et heres, ad noticiam tam presencium, quam futurorum volumus devenire, quod fidelis capellanus noster, dominus[1] Nycolaus prepositus Strelnensis vna cum conuentu suo, ex vna parte, et [2] Dobegneus filius quondam Iohannis palatini Wladislauiensis, heres de Coluda, ex altera parte, talem ordinacionem coram nobis et nostris baronibus pro hereditate Zrodetwino *) cum lacu et omnibus pertinencijs ipsius, in districtu ciuitatis Iuuenis Wladislauie iacente, submercarunt, quod ipse prepositus et conuentus ipsius predicto Dobegneo viginti marcas Torunensium (denariorum) soluere tenebuntur et extunc ipse Dobegneus preposito memorato et conuentui suo predictam hereditatem cum lacu et alijs vtilitatibus resignabit ex integro, sed molendinum in ipsa villa circa prefatum Dobegneum et suos legittimos heredes et successores iure hereditario in perpetuum permanebit, et super ipso molendino ipse conuentus litteras suas patentes sepedicto Dobegneo tenetur dare et presentare. In cuius rei testimonium presentem paginam

*) na grzbiecie z XIV w. „privilegium super Rzothwino".

scribi fecimus et sigillo nostro roborari. Actum a-
pud Iuuenem Wladislauiam in die beati Nycolai
episcopi et confessoris, anno Domini M°CCC° vicesimo
octauo. Presentibus hijs testibus: Bogussio castellano,
Mathie (?) gladifero Wladislauiensibus, Paulo castella-
no Lanciciensi, Zdiuisio de Kuroswanch et alijs mul-
tis fidedignis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum
rządowem w Poznaniu (Strzelno N. 21), opatrzony
jest małą pieczęcią herbową książęcą ze zwykłego wo-
sku, uwieszoną na jedwabnym sznurku, zna-
cznie zniszczoną.

1339.

Nos frater Theodericus de Lichtenhayn dictus, commendator in Tuchela, publicare cupimus universis, presencia audire contingentibus, quod sortem illius hereditatis, que Velin appellatur, circa Lachou sitam, cum pratis Lachou nominatis et cum lacubus, qui Areschyn et Nystron wlgariter nunccupantur, cum gadibus decurrentibus ad eos, quos apud Iohannem dictum de Valdou et filijs suis pro nostris denarijs viginti marcarum iuramento circa dominum Nycolaum abbatem de Byssouia cum fratribus suis obtentis, comparavimus vicevuersa nullatenus redimendis. Post hoc vero visis privilegijs super Velin et Glynk, rectissime cognoscentes, quod ad easdem ab antiquo pertinebant, alleviare cupientes consciencias nostras, predictam sortem cum lacubus et gadibus et pratis domino Iohanni abbati de Byssouia et fratribus eius predictis viginti marcis de consensu fratrum nostrorum resignavimus possidendas, cum omnibus vtilitatibus, quas sibi in eisdem terminis poterunt comparare. Et ne alicui scrupulum dubietatis inde debeat suboriri, presentes litteras nostri sigilli munimine dedimus roboratas. Datum in Tuchela in die beati Vincencij levite et martiris gloriosi, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo nono. Presentibus hijs testibus: domino Alberto sacer-

dote, fratre Conrado Vullecoss, fratre Heynrico de Colonia, qui sunt fratres Ordinis, domino Conrado plebano in Tuchela, Chathria de Wissok, Iohanne de Somnyn, Nicolao dicto Chisener aduocato in Tuchela et alijs multis fidedignis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 73), opatrzony był pierwotnie jedną pieczęcią, po której tylko pasek pargaminowy pozostał.

1339, 2 lutego. [Swannycz]

~~niegdyś~~ Boruta, ~~ze~~ z Stachowa, ~~na ówczas~~ pan na Swanowicach zapisuje Dominikanom u św. Krzyża w Brzegu półtorej łąki ~~tytułem jałmużny łąkę~~ w Stobrawie ~~zwaną Meodazrowalantha etc.~~ z oryginału ~~Dominikanom w Brzegu~~ —

In nomine Domini, amen. Omnia, quae per homines aguntur vel statuuntur, a memoria hominum elabuntur totaliter, nisi scripturae testimonio et testibus confirmentur. Hinc est, quod nos Boruthra Anticus dictus de Stachow et dominus de Swannycz, de consensu consortis nostrae ac puerorum nostrorum in remedium animarum nostrarum dedimus et damus dimidium pratum, quod vulgariter Meodazrowalantha[2], et ibidem a sinistris pratum, quod dicitur Thorcecow (Chorzetow?)[3] in bonis Stobrawe, in perpetuum ratione elemosynae fratribus praedicatoribus ad sanctam crucem in Brega libere et gaudenter possidendum addito, si dicta hereditas seu bona ab heredibus vendi contingeret, tam laudabilis elemosyna fratribus praedicatoribus in Brega donata libere ac pacifice in perpetuum /.

suo iure perseveret. Ne igitur tam laudabilis elemo-
syna et donatio aliqualiter retractetur seu in oblivio-
nem evenire dinoscitur, ideo praesentem literam in
testimonium nostro sigillo duximus roborandam.
Datum in Swanuycz anno Domini M° C° C° C° X X X no-
no in die purificationis beatae virginis Mariae, prae-
sentibus his testibus: Domino Henrico, iudicis curiae
Bregensis, et Domino Senthone (Senthone?) in Sonow et Domino
Popcone et Domino plebano de Swanuycz et sculte-
to ac Theoderico ibidem et sculteto de Stobrasa et
Tuncone ibidem cum alijs pluribus fide dignis. ×

~~Pierwopis~~ Dyplom pargaminowy ~~zaopa-~~ z pieczęcią
~~trzony pieczęcią~~ w zwyczajnym wosku ~~wybi-~~
~~tą~~ ~~zewnętrz~~ na pasku pargaminowym ~~zwe-~~
~~wnętrz~~ uwieszoną, ~~obejmuje~~
~~13 wieży~~ — wyobrażającą herb
Rogala;

(w obwodzie z napisu znać: ..orvthe...

Właściwości pisowni: quot zam. quod elemosi-
ne elemosina hijs. Błędem jest ad sini-
stris zam. a sinistris.

(1315)
1344.


15/VI Cechocin

In nomine Domini amen. Anno Nativitatis eiusdem M°CCC° XLIIII^{to}, indiccione XIII, VI Idus mensis Iunij, in Cechoczin, coram venerabili in Christo patre, domino Mathia divina et apostolice sedis providencia Wladislaviensi episcopo, in domo sue habitacionis religiosus vir frater Iohannes de Byszewia fratrum domus ordinis Cysterciensis constitutus in presencia mei notarij et testium subscriptorum, privilegium seu instrumentum quoddam, non rasum, non cancellatum, neque in aliqua parte sui viciatum, sigillo rotundo ad filum sericis pendenti, in cuius sigilli medio clipeus, in quo clippeo acquilla media et medius leo coronata desculpta videbantur, et in circumstancia eiusdem sigilli precedente cruce hec litere legebantur: ✠ s. Premislij Dei gracia ducis Cuiavie; in dorso vero eiusdem sigilli similiter sigillum rotundum, in cuius medio eciam clippeus galea desuper stante et in medio clippei, ut dictum est, medius leo et media aquila coronata erant expressa et in circumferencia eiusdem sigilli has literas continebat: S. Premislij Dei gracia ducis Cuiavie, et petivit ipsum privilegium seu instrumentum auctoritate dicti domini episcopi interposita per me manu publica copiari. Cuius tenor est talis:

Tu następuje dokument Przemysła ddto Broniewo VIII Idus Aprilis 1315.

[Cod. dipl. Pol. t. 2, nr. 215, s. 197]

Actum anno, indiccione, die et loco, quibus supra, pre-
sentibus honorabilibus et discretis viris, dominis: Iohan-
ne scolastico, Sandiwoyo custode Cruswicientibus et Adam
rectore ecclesie de Chelmecz cum ceteris fidedignis testi-
bus ad predicta vocatis et rogatis.



Et ego Martinus quondam Wence-
slai de Raczens, Wladislauiensis
dyocesis, auctoritate Sedis apostolice
publicus notarius, predicte exhibicio-
ni priuilegij presens interfui et
ipsum manu publica, nichil ad-
dens uel minuens, quod sensum
mutet vel viciet intellectum inter-
posita dicti domini episcopi aucto-
ritate, transcripsi et sigillum suum de mandato ipsius
presentibus appendi. Et quia ipsum transcriptum cum
originali inueni concordare, me subscripsi meoque nomi-
ne et signo consueto signaui rogatus.

Oryginał pargaminowy, przechowany w archiwum rzą-
dowem w Poznaniu (Coronowo N. 75), opatrzony był
pierwotnie jedną pieczęcią, po której pasek pargaminowy
pozostał.

<u>1348.</u> 4/III Bnośc

In nomine Domini amen. Quod magnifica regum maiestas ob sue salutis remedium facere decrevit, robur firmitatis perpetuum debet obtinere. Proinde nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, necnon Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie terrarum dominus et heres, notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, noticiam presencium habituris, quod cum monasteria et bona seu quelibet predia eisdem adiacencia, fratrum ordinis Cisterciensis, prerogativa et speciali privilegiorum consolacione a principibus terrarum gaudeant et gratulantur, quorum sane vestigia et exempla salubria, decencia saluti, cupientes utriusque desiderio hominis peramplius imitari, ut cultus divinus magis auctus temporibus nostris in terris, futuram habitacionem, ad quam toto tendimus conamine, preparet nobis in celis, omnes igitur et singulas villas monasterij de Bissovia, Cisterciensis ordinis, in nostro regno consistentes, que sunt vel esse poterint in futurum, de iure Polonico in ius Teuthonicum, quod dicitur wlgariter Maydburgense, vel in aliud quodcumque abbati et fratribus eiusdem monasterij de Bissovia placuerit et expediencius videbitur, exnunc transferentes, advocatos seu scultethos per ipsum abbatem et fratres positos et constitutos, omnesque et singulos villanos omnium et universarum villarum huius-

modi monasterij ab omnibus potestatibus et iurisdiccio-
nibus quibuscumque omnium et singulorum castellano-
rum, palatinorum, iudicum, subiudicum, officialium
ac et ministerialium vniuersorum absoluimus, eximimus
penitus et liberamus, sic, quod citati coram ipsis et
ipsorum aliquo tenebuntur minime respondere, nisi ab-
bas cum fratribus monasterij prefati super bonis here-
ditarijs coram nobis, dum per literam, nostro regio
insignitam sigillo, euocati fuerint, et Amethones coram
suis aduocatis aut scultheti, qui pro tempore per
abbatem et fratres antedictos fuerint constituti, suo
iure Theutonico de se querulantibus respondebunt.
Insuper remouemus inibi omnia iura Polonicalia et
omnes angarias et preangarias Polonicales, que ipsum
ius Theuthonicum consueuerunt perturbare, aduoca-
tosque uel scolthetos ac Amethones omnes et singulos
quarumlibet antedicti monasterij villarum, in nostro
regno existencium, absoluimus a boue, vacca, porco et
naraz, ac perpetuo liberamus. In causis autem crimi-
nalibus aduocatis aut scolthetis omnium uillarum
prelibati de Bissouia monasterij iudicandi, sentencian-
di et condempnandi secundum exigenciam iuris Teutho-
nici plenariam et omnimodam damus et tribuimus
facultatem. Hoc tamen excepto, quod quecumque fur-
ta, violacio strate publice ac spolia inter uillas et
uillanos monasterij sepedicti perpetrata fuerint, huiusmo-
di maleficiorum perpetratores iudicabuntur et condem-
pnabuntur modo terre nostre Cuyauiensis tento in antea

et seruato. In cuius rei testimonium nostrum regium sigillum duximus presentibus appendendum. Actum in Brest feria sexta post dominicam, qua cantatur Oculi, anno domini M°CCC° quadragesimo quinto. Presentibus hijs testibus: Alberto Brestensi, Iohanne Gnewcouiensi palatinis, Iohanne Wladislauiensi, Vincencio Brestensi iudicibus, Nicolao de Wola Cuyauiensi et Tarando Syradiensi capitaneis terrarum nostrarum et alijs multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus domini Thomislai archidiaconi Lanciciensis et canonici Cracouiensis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 76), opatrzony jest małą pieczęcią królewską ze zwykłego wosku, mocno zwietrzałą, uwieszoną na sznurku z blado różowego jedwabiu. Pieczęć wyobraża orła piastowskiego ukoronowanego. Napis otokowy: ✠ S KAZIMIRI DI GRA REG POLOIE.

1345. 3/IV Bydgoszcz 46

Vniuersis Christi fidelibus hanc literam visuris vel auditu-
ris, nos Bogumilus heres de Lapidea ecclesia publice protesta-
mur, quod venientes ad presenciam nostram nobiles viri Hector
de Lanszko frater noster et Laurencius Gomme seruitor noster,
manifeste profitebantur, talem ordinacionem iudiciariam in-
ter venerabilem patrem dominum Petrum abbatem Byssouien-
sem et inter probos viros Conradum Genis Alke et Petrum
dictum Koler, ciues Coswenses, rite et racionabiliter fuisse fac-
tam, videlicet, quod prenominatus dominus abbas cum con-
uentu suo predictos probos viros in bannito iudicio ad possi-
dendas scultecias ad ipsos deuolutas, in villis Cecerzewicz
et Vloky vulgariter dictis per annum et sex septimanis (!)
coram iudice nominato Nicolao de Senno, per ipsum
dominum abbatem constituto, et scabinis iuratis more,
iuris iure Colmense citauit et predicti vero Conradus et
Petrus ausu temerario iudicium domini sui abbatis spre-
uerunt nec in terminis positis comparuerunt, nec de scolthe-
cijs se intromiserunt, sed absentes fuerunt, vnde prerecolitus
dominus abbas cum suo conuentu in annichilacione seu de-
solacione hereditatum magnum dampnum perceperat. Prop-
terea equitas veri iudicij, predictorum videlicet iudicis et
scabinorum prelibatos Conradum et Petrum cum successori-
bus eorum de dictis scultecijs abiudicauit et domino abba-
ti et suo conuentui Byssouiensi perpetue ipsas scultecias
adiudicauit. Nos igitur hanc protestacionem et iudiciariam

./.

ordinacionem, vt premittitur, rite et racionabiliter factam presentis scripti testimonio, auctoritate domini nostri regis Polonie cum appensione nostri perpetue confirmamus sigilli. Actum et datum in Bydgoszcza anno Domini M°. CCC°. XLV°, in dominica Quasimodo geniti. Presentibus hijs testibus: Hectore et Laurencio predictis, Nicolao Czelechyn, Conrado Cothomirze, Nycolao Bart, Nycolao Grelle et alijs quamplurimis fidedignis.

Dokument pergaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu, opatrzony jest małą okrągłą pieczęcią ze zwykłego wosku, zawieszoną na pasku pergaminowym, a przedstawiającą w tarczy herb Leszczyc. Napis otokowy:

✠ S·BOGV·DE·LVPI (Coronowo N. 77.)

1347. 7/II Raciąż 47

In nomine Domini amen. Anno Natiuitatis eiusdem millesimo CCC° XLVII°, indiccione XV, pridie nonas Februarij, hora quasi meridiei, in castro Raczens, in domo habitacionis venerabilis in Christo patris, domini Mathie diuina et apostolice sedis prouidencia ecclesie Wladislauiensis episcopi, discretus vir frater Iohannes monachus ordinis Cysterciensis, monasterij de Byssowia, in mei et testium subscriptorum presencia quoddam instrumentum venerabilis in Christo patris, domini, sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopi publicauit et exhibuit, in quo duo sigilla in filis glaucis et rubeis de serico, vnum rotundum et aliud oblongum appendebant, in quorum vnius medio sedens ymago episcopalis cum apparatu episcopali et dyademate, in dextra palmam et in leua tenens baculum pastoralem, cuius tytulus diuisim iuxta latus videlicet sinistrum scs Adal, et ad latus dextrum nominis supplecio, scilicet bertus continebatur, et in cuius circumferencia hec litere preuia cruce habebantur: ✠ s. capli sancte Gneznen ecce. In medio vero secundi sigilli sub ciborio trium summitatum, cuilibet cruce superposita, ymago sedens episcopalis, digitis ad ~~benedictionem~~ benedicendum plebem erectis, in eius leua baculum tenens pastoralem et sub pedibus ymaginis duum animalium bestialium habebantur, et in circumferencia ad leuam ymaginis cruce preuia verbotenus hec litere ponebantur: ✠ s.

/:

Jacobi dei gra sce, et ad dextram ymaginis supplecio tytuli sigilli, scilicet: Gneznen ecce archiepi habebantur. Tenor itaque instrumenti est talis:

In nomine Domini amen. Sapientum decrevit aucto- ritas, ut literarum policia perpetua hominum actus le- gittimi confirmentur. Hinc est igitur, quod nos Jacobus miseracione divina sancte Gneznensis ecclesie archiepisco- pus vna cum nostro Gneznensi capitulo presentibus pro- testamur, quod facta commutacione cum viris religio- sis Bartoldo abbate et toto conventu de Byssovia, or- dinis Cysterciensis, super decimis nostris in castellania re- tro Nakel, susceptis ab ipsis bonis domus ipsorum Do- brow videlicet cum suis pertinencijs tam in proprietati- bus, hereditatibus scilicet, quam in decimis earumdem et aliarum villarum, prout in instrumentis super hoc confectis plenius continetur, ac susceptis ab eis privilegijs et instrumentis super bonis eisdem, volentes dictorum ab- batis et conventus parcere laboribus et expensis, ipsos a defensione nostra et dictorum bonorum ac pertinencia- rum ipsorum absolvimus et presentibus perpetuo quieta- mus. Hoc duntaxat excepto, si abbas et conventus domus Suleyoviensis nos in dictis bonis quomodolibet impedi- rent, quod tunc dicta bona et nos defendere tenerentur. Preterea quia ijdem abbas et conventus Byssoviensis, dantes nobis hereditatem suam, que Pecewo dicitur, nostram commutacionem meliorarunt, nos eciam in me- lioracionem commutacionis ipsorum duas decimas nostras, vnam videlicet in castellania retro Nakel, que dicitur

/:

Dzedno, secundam vero in castellania de Racez, que Bralewnicza dicitur, ipsis et eorum domui cum noua-libus eciam, si diuidi easdem villas in plures uel alijs pluribusque nominibus ipsas appellari contingeret in futurum, presentibus perpetuo duximus scribendas. In cuius rei testimonium presens priuilegium nostro et dicti nostri capituli sigillis mandauimus communiri. Actum et datum in Gnezna anno Domini millesimo CCC° in vigilia sancti Marci. Presentibus viris honorabilibus, dominis: Wlostiborio preposito, Nycolao decano, Thoma archidiacono, Gabriele cantore, Alexandro custode Gneznensibus, Iohanne archidiacono, Andrea cantore Lanciciensibus et multis alijs fidedignis. ~~Acta~~

Actum anno, indiccione, die, hora, loco, quibus supra. Presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis: Andrea cantore Plocensi, Iohanne scolastico, Ibylito archidiacono Cruswiciensibus, Nycolao Wladislauiensi canonico, Theodrico rectore ecclesie de Chechocin et Paulo capellano curie domini episcopi predicti.



Et ego Petrus quondam Tyczonis de Woybors, clericus Gneznensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, publicacioni et exhibicioni dicti instrumenti interfui, ipsumque fideliter, prout singulis continebatur verbis, transcripsi et in hanc publicam formam redegi, nil addens uel minuens, quod

./.

sensum viciare posset aut variare intellectum, sigillum, que predicti domini episcopi de mandato ipsius presentibus appendi, meoque nomine et signo consueto consignavi, in testimonium premissorum rogatus.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu, opatrzony jest podługowatą pieczęcią biskupa Macieja kujawskiego, zawieszoną na pasku pargaminowym, bardzo zniszczoną i zwietrzałą. (Coronowo N. 79).



Conini. a. 1347 d. 21 m Novembris.

Casimirus rex Poloniae macellariis Calissiensibus ~~dat facult~~ licentiam permittit, ut Calissiae macella aedificent. 124 209

1347.

In nomine domini amen. Quod magnifica regum maiestas facere decrevit, maxime ad utilitatem regni sui, debet esse firmum et stabile, roborque perpetue firmitatis obtinere. Proinde nos Cazimirus dei gracia Rex Polonie Notum facimus universis tam presentibus quam futuris hanc paginam inspecturis, quod considerata maiori utilitate et commodo nostrorum civium Calissiensium et presertim carnificum damus per presentes et largimur carnificibus predicte civitatis Calissiensis et cuilibet ipsorum macella carnium in civitate iam dicta Calissiensi in loco, in quo ab antiquo steterunt, locandi, construendi, edificandi et disponendi cum omni iure quod pertinet et spectat ad dicta macella carnium et quo carnifices a nostris predecessoribus utebantur omnimodam facultatem, que macella carnium in eodem loco debent stare, manere et perpetuo eundem locum habere cum omnibus iuribus que ad nostra macella et carnifices pertinebant et pertinent impedimento et mutacione nostra et nostrorum successorum quelibet in perpetuum cessante. In cuius rei testimonium nostrum sigillum dusimus presentibus appendendum. Actum in Conin feria quarta post diem Helizabeth vidue. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo Presentibus his testibus

Otthone Cancellario Polonie
Nicolao de Bloskow iudice Posnaniensi
Ioanne doctore
Iaranda Siradiensi
Przeslao Calissiensi Capitaneis
ac Dobeslao subdapifero Cracoviensi et aliis multis.

cf. a Stephano Varsoviae 22 Novemb. 1582.

(I)n nomine Domini amen. Protestaciones principum ideo conquiruntur, ne id, quod rite et racionabiliter fit, procedente tempore scrupulo callumpnie per quospiam maliciose possit impugnari. Eapropter nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, universis et singulis, presencium noticiam habituris, publice profitentes declaramus, quod cum inter religiosum virum, fratrem Petrum abbatem de Bissouia nomine sue eiusdem Bissouiensis ecclesie parte ex una, et Dirslaum de Strzim pro hereditatibus Vitelno et Dambrowka ac Dominicum et filios eius pro villis seu possessionibus Trelyn, Glynki et Lachowo, necnon Andream de Slizowo et Adam filium Ligasczonis pro hereditate Czeczrewecz dicta, parte ab altera, materia questionis super repeticione eorundem possessionum fuisset exorta et diutine hinc inde ventilata, tandem post multam altercacionem inter ipsos factam et longi temporis decursum eadem materia questionis ad nostram presenciam pervenit et est devoluta. Nos itaque ex officio nobis divinitus concesso iusticiam unicuique reddere et eidem cause seu questioni finem debitum imponere cupientes, mandavimus fidelibus nostris infrascriptis de eadem causa cognoscere, videlicet Alberto dicto Corczelecz palatino Cuyauiensi, Mathie castellano de Bydgoscz, Iohanni Wladislauiensi, Vincencio Brestensi iudicibus et Budiuogio subiudici Wla-

— / —

Wislaviensi, qui de eadem causa plenarie agnoscentes, visa iusticia dicti abbatis et cognita, militum vero predictorum falsa assercione, pro qua ipsum abbatem et ecclesiam predictam Bissouiensem impugnabant, reprobata, bona seu hereditates omnes supranominatas eidem domino Petro abbati et ecclesie sue Bisseuiensi adiudicarunt tenendas, habendas ac possidendas, militibus omnibus memoratis super impeticione quauis earumdem possessionum et hereditatum perpetuum silencium imponentes. Nosque eandem sentenciam pro domino abbate antedicto per milites nostros antedictos considerantes iuste et rite esse latam, ipsam approbamus, ratificamus et gratuite harum nostrarum literarum testimonio confirmamus in testimonium presencium premissorum pariter et futurorum. Datum et actum in Iuueni Wladislauia feria quarta ante Dominicam Oculi, anno Domini M° CCC° XL° VIII°. Presentibus testibus nostris fidelibus suprascriptis. Scriptum per manus Pribislai aule nostre notarij et prepositi ecclesie sancti Georgij castri Gneznensis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu, opatrzony był pieczęcią, po której tylko sznurek z blado zielonego i różowego jedwabiu pozostał. (Coronowo N. 81).

1351. s. d. Tuchola

In nomine Domini amen. Nouerint uniuersi noticiam presencium habituri, quod ego Tesco de Brelewitz, de maturo consilio, voluntate et consensu vxoris mei (s) et progenitorum, amicorum atque fautorum meorum, quandam ordinacionem racione decimarum ville mee Brelewitz vna cum venerabili domino Petro abbate Bischouiensi necnon conuentu ibidem compegi et iniui perpetuo duraturam, modis et condicionibus infrascriptis, videlicet, quod ego Tesco in presentibus bona fide, omni spe fraudis penitus proculmota, promitto dicto domino Petro venerabili abbati, dominis et fratribus dicti monasterij Bissov seu successoribus ipsorum singulis annis dare de quolibet manso ville Brelewitz pro decima duos scotos vsualis monete in festo beati Martini confessoris atque pontificis ante censum, omni protraccione postposita, in vna summa erogare: exceptis quatuor mansis, qui ad vsum aratri mei spectantibus (s), quos libere absque decima debeo possidere. Ceterum promitto cum omnibus amicis meis et fautoribus stare pro profectu et honore dicti monasterij Bissov et omnium, qui ad gregem ipsorum videntur pertinere. In quorum omnium testimonium presentem donaui sigilli venerabilis domini mei Conradi Vullecop commendatoris in Tuchola (?)[x] atque mei munimine communitam. Huius rei testes sunt: venerabilis dominus meus Conradus Vullecop commendator in Tuchil, dominus Petrus de

x) cap. Tuchil Tuch[?]

Tymow vicecomandor, dominus Iohannes de Waldow et filius suus Walko milites, Peczco de Waldow, Chi-roslaus de Pamecow, Tesco Tuchold, Iohannes de Bun-myn, nostri pheodales, Paulus notarius noster et alij quam plures fidedigni. Datum et actum in Tuchil, anno Domini M° CCC° LI° Vrbani.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rzą-dowem w Poznaniu (Coronowo N. 82) opatrzony jest dwie-ma pieczęciami okrągłemi ze zwykłego wosku, znacznie zniszczonemi, uwieszonemi na paskach pargaminowych. Pierwsza wyobraża rycerza w stojącej postawie, trzymającego w prawej ręce jakąś broń, niby pałkę, w lewej niby zwłoki nieżywego człowieka. Napis otokowy prawie nieczytelny. Druga pieczęć wyobraża dzwon; napis otokowy całkiem zatarty.

1351. 15/x Raligi

In nomine Domini amen. Nouerint vniuersi, presentes litteras inspecturi, quod cum inter nos Mathiam diuina et apostolice sedis gracia ecclesie Wladislauiensis episcopum et capitulum ecclesie nostre Cruswiciensis, ex vna, et religiosum virum fratrem Bogussium prepositum, .. priorissam et conuentum .. sanctimonialium monasterij Strelnensis, ordinis Premonstratensis, parte ex altera, super recepcione procuratorie seu ministracione prandij, quod episcopus, puerorum scole Cruswiciensis rector scolarium et scolares ibidem in die beati Iohannis ewangeliste annis singulis de iure et de consuetudine antiquitus obseruata, a monasterio Strelnensi predicto petebant sibi dari, aliquamdiu materia questionis fuisset exorta, tandem Deo propicio, qui est vnionis et pacis amator, ad peticionem incliti ac illustris principis, domini Kazimiri dei gracia regis Polonie, talem cum consensu partis vtriusque inter eos fecimus vnionem, quod supradictus episcopus, puerorum rector scole seu scolares numquam decetero ad dictum monasterium requirendo recepcionem, procuracionem seu ministracionem prandij memorati vel petendo ueniant vel accedant, prepositus vero monasterij predicti et sui successores, qui pro tempore ibidem fuerint instituti, annis singulis in die beati Iohannis ewangeliste pro recepcione, procuracione seu ministracione prandij

memorati unam marcam monete usualis omni dilacione et contradiccione proculmotis solvere tenebŭntŭr. In cŭiŭs rei testimoniŭm presentes litteras nostro et capituli nostri Crŭswiciensis sigillorŭm munimine fecimŭs roborari. Datŭm et actŭm in Raczens, in die sancte Hedwigis vidue, anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo. Presentibŭs honorabilibŭs et discretis viris, dominis: Nikito preposito, Bogufalo scolastico, Stanislao archidyacono Wladislauiensibŭs et canonicis ecclesie Crŭswiciensis, Sandiŭoyo scolastico, Jacobo cantore, Sandywoyo cŭstode ecclesie Crŭswiciensis et alijs quam plŭrimis fidedignis.

Dokŭment pargaminowy, przechowany w archiwŭm rządowem w Poznaniŭ (Strzelno N. 22), opatrzony jest dwoma podłŭżnemi pieczęciami ze zwykłego wosku, zawieszonemi na paskach pargaminowych. Pierwsza, znacznie ŭszkodzona, jest pieczęć Macieja biskŭpa kujawskiego; ?! druga wyobraża na tle gwiazdkami zarzŭconem, Matkę Boską z dzieciątkiem w stojącej postawie. W otokŭ napis:

✠ SIGILLVM CAPITV.... CRVSVICENSIS.

In nomine Domini amen. Que geruntur in tempore, ne labantur cursu temporis, poni solent in lingwa testium et scripture memoria perhennari. Nouerint igitur vniuersi, quibus fuerit oportunum, quod nos Bogussius Dei paciencia sanctimonialium prepositus monasterÿ in Strelno, ordinis Premonstratensis, Wladislauiensis dyocesis, de vnanimi consensu nostri conuentus et fauore, honestis viris Andree, Laurencio, Swantoslao, Nicolao, Mathie, fratribus vterinis, filÿs Wenczeslai, sculteciam in villa nostre prepositure Belsko nuncupata, eorumque heredibus et legittimis successoribus iure hereditario, vt infra declarabitur, vendidimus rite et racionabiliter, prout melius potuimus, ipsam habendam, tenendam, regendam ac perpetuo possidendam. Primum igitur declarantes, ipsos scultetos habere in villa premissa septimum mansum possessum, a censu liberum, decimam vero campestrem nobis et nostris successoribus ipsi sculteti et successores eorum vna cum smethonibus suo tempore dabunt, prout est consuetum; thabernam liberam, nec cuiquam aliam habere ibidem licebit, tercium denarium de singulis penis cuiuslibet iudicÿ, macellum pistrinium, sutoriam fabricam, figulum, piscatorem vnum, qui vna tantum naue per totum lacum in Belsko ipsis scultetis piscabitur, quando placet; eciam

z potwierdzenia z r. 1378.

totum lacum pro ipsis, qui dicitur Scrzinka vendidi-
mus scultetis eorumque heredibus memoratis; kmethones
vero inibi ex opposito curiarum suarum, vbi sagena ma-
gna trahi non poterit, similiter piscabuntur. Licenciamus
ipsos scultetos tantum ducenta bouum gregem in predic-
tis bonis libere pascere et habere. Item iterum sculteti ac
eorum posteri legitimi in summis iudicijs, que wlgari-
ter woytdinck appellantur, tribus vicibus in anno ipsi
sculteti vnum prandium, rustici vero inibi aliud nobis
ac nostris successoribus decenter ministrabunt. Hoc pro-
uiso, quod nos aut nostri successores de prandijs, vt pre-
mittitur, ad scultetos habeamus respectum, apud eos
prandendum declinantes. Adicientes eciam, quod si
nos uel nostri nuncij ad prandium venire voluerimus
uel nequiuerimus, tunc pro quolibet prandio ipsi sculteti
vna cum rusticis, prout eos contingat, nobis ac nostris
successoribus vnum fertonem soluent monethe vsualis.
Inter cetera volentes, quod vnus ipsorum, quemcumque
inter se constituerint, de omnibus et singulis sculteciam
contingentibus, vt iuris est, curam diligentem habeat et
presit, vt scultetus. Sciendum insuper, quod singulis
annis, festo beati Martini instante, kmethones ville
premisse de quolibet manso illibero vnum fertonem
monethe vsualis nobis ac nostris successoribus, pleba-
noque inibi idem rustici vnam mensuram silliginis
et aliam auene soluere tenebuntur de quolibet manso,
prout est consuetum. Ipse vero scultetus de omnibus suis
agris, quos colit libere, duas tantum mensuras silligi-

-nis et duas avene solvet eidem plebano in festo supradicto. Pre omnibus eciam volentes, ut ipse idem scultetus, qui pro tempore preerit, censum nostrum exigat et nobis ipsum ac nostris successoribus suo tempore presentet ac apportet; item premissis adiungentes, quod ipsos scultetos ac eorum sequaces ab omni onere seru- . . . . . solvendi, salvo contentu premissi tenoris absolvimus per presentes. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam, presentem cartham eis dedimus, nostro et nostri conventus sigillis communitam. Actum et datum Strelno dominica die, qua cantatur Vocem iocunditatis, anno domini M°CCC° quinquagesimo secundo. Presentibus fratribus et sororibus nostris: Iohanne Lozak, Marco de Novo foro, Iohanne de Trebnicz, Dobeslava priorissa, Anna subpriorissa, Eufemia cantrice, et alijs de conventu, pluribusque fidedignis.

Z zatwierdzenia r. 1378.

1352. [20. VI, Cracoviae.] 55

Bodzantha dei et apostolice sedis providencia Cracoviensis Episcopus. Universis christifidelibus presencium noticiam habituris salutem in omnium salvatore. Cum pia mater ecclesia de animarum salute sollicita, devocionem fidelium per quedam munera spiritualia remissiones videlicet et indulgencias invitare consuevit, cupientes igitur ut altare fundatum in honorem beatorum Iohannis baptiste et Ewangeliste necnon in honorem beati Andree apostoli in Ecclesia Wladislaviensi per Iohannem Falonis custodem ecclesie prenominate eo frequencius congruis laudibus a christifidelibus honoretur, quo inibi donis spiritualibus fuerint uberius consolati; omnibus igitur vere penitentibus et confessis, qui ad dictum altare in ecclesia Wladislaviensi quocienscunque humiliter cum devocione accesserint et ante dictum Altare genuflexi cum cordis contricione ad laudem et honorem omnipotentis dei et eius genitricis gloriose et beatorum predictorum decem pater noster et totidem Ave Maria dixerint, quadraginta dies indulgencie de iniunctis eis penitenciis de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi misericorditer in domino relaxamus dyocesani tamen ad hoc consensu accedente. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus perpetuo valituris est appensum. Datum et actum Cracovie feria quarta ante diem beati Iohannis Baptiste anno domini Millesimo CCC° quinquagesimo secundo. — Et nos Mathias eadem providencia wladislaviensis Episcopus indulgencias predictas gratas et ratas habentes nostri sigilli cum appensione presentibus () duximus roborandas addentes similiter XL dies indulgenciarum ad predicta.

Arch. Kapit. Włocł.

Dok. oryg. u którego wisiały pierwotnie dwie pieczęcie od których obecnie pozostały tylko skrawki perg.

Kuj.

1354. 26/XII Szarley

In nomine Domini amen. Ut rei geste ambiguitate qualibet remota, apud presentes et apud posteros noticia luculencior habeatur, eapropter nos Wladislaus Dei gracia dux Cuiauie et dominus Gneuchouiensis, vniuersis, tam presentibus, quam futuris, fieri volumus manifestum, quod magne deuocionis viro, fratri Boguslao, preposito domus Strelnensis vna cum conuentu suo vniuerso alterum medium mansum in villa ipsorum Logewo wlgariter nominata, qui ob interempcionem famuli nostri Meczikonis, quem occidit Stanislaus eiusdem alterius dimidij mansi quondam heres, nobis in pena ipsius homicidij et nostro dominio perpetuo fuerant adiudicati, vendidimus pro viginti marcis grossorum et venundatos prouunc resignamus perpetuis temporibus libere ab omnibus nostris solucionibus ducalibus, exaccionibus et collectis, quocumque nomine nominentur, et a solucione tritici et quouis a labore, eciam si Anetores in ipso altero dimidio manso seu ortulanos vel colonum locauerint, hos eadem frui volumus libertate, possidere. Ut autem hec nostra tam racionabilis venundacio robur obtineat perpetue firmitatis, presentem paginam dicto fratri Boguslao suoque conuentui, domuique Strelnensi dedimus, nostri sigilli appensione roboratam. Actum et datum in Szarley die beati Stephani prothomartiris, sub anno Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto. Pre-

1/1

sentibus hys nobilibus nostris: Mosciczone palati-
no, Pribislao vexillifero Gnewkowiensibus, Alberto
subpincerna Wladislawiensi, Tankone subdapifero
Gnewkowiensi, Mathia de Lyskowo, Nycolao de
Cziborze heredibus et alijs multis fidedignis. Scrip-
tum per manus Henrici nostri notary.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum
rzędowem w Poznaniu (Strzelno N. 23), opatrzony był
pierwotnie jedną pieczęcią, po której tylko sznurek z zie-
lonego jedwabiu pozostał.

co1/ 57

1355, 30 września.

Inocenty VI papież poleca przeorowi Dominikańskiemu i przełożonemu Franciszkanów w Polsce (w Krakowie), aby

ofiary przeznaczone przez wykonawców ostatniej woli umierających w Polsce na cele pobożne zsyłano na ~~ser~~ wsparcie cesarstwa carogrodzkiego.
Z oryginału.

Innocentius, episcopus, ~~sco~~ servus servorum Dei, dilectis filiis priori Praedicatorum et ministro Minorum fratrum in Polonia salutem et apostolicam benedictionem. Etsi ex susceptae servitutis ~~ser~~ officio cunctorum nobis cura immineat generalis, de succursu tamen imperii Constantinopolitani tanto propensius ~~nos~~ cogitare nos convenit, quanto ex hoc augmentum orthodoxae fidei, magnum terrae sanctae subsidium et salus totius christiani populi procurantur. Ad ipsius itaque imperii liberationem totis desideriis aspirantes discretioni vestrae per apostolica scripta in virtute obedientiae districte praecipiendo mandamus, quatinus ea, quae relinquuntur distribuenda in pios usus secundum arbitrium executorum testamentorum decedentium in Polonia et aliis locis, ad quae tuus, fili prior, prioratus, et tua, fili minister, amministratio extenduntur, nisi praefata relicta ab ipsis testatoribus certis locis aut personis deputata fuerint vel de ~~iure al~~ iure aliis deb...ur aut per praedictos executores in usus huiusmodi sint conversa fideliter, per vos vel per aliquos de fratribus vestrorum ordinum providos et discretos, quos ad hoc idoneos esse noveritis, auctoritate nostra colligere et apud aliquem tutum locum pro eiusdem imperii subsidio deponere cum omni diligentia procuretis, quantitatem ipsarum nobis postmodum rescripturi, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstantibus constitutione~~bus~~ de duabus dietis edita in concilio generali et indulgentia, qua fratribus vestrorum ordinum dicitur esse concessum, ne de causis, quae per litteras apostolicas committuntur eisdem, cognoscere teneantur, nisi de indulgentia huiusmodi expressam faciant mentionem. Quod si non ambo his exequendis potueritis interesse, alter vestrum ea i nihilominus exequatur. Datum

Lugduni II. kal. Octobris pontificatus nostri anno tertio.

Dyplom pargaminowy; pieczęć odjęta. – ~~Inno~~centy VI obrany 18, koronowany 30 grudnia 1352, um. 12 września 1362. Innocenty VII obrany 17 paźdz. 1404, koronowany 2 czy 11 listopada, um. 6 listopada 1406, nie zasiadał na stolicy rzymskiej, jeno lat dwa.

Właściwości pisowni: *Et si* *immineat* *imperij* *desiderijs* *ydoneos* *hijs*.

[z oryg. odpisał O. Alojzy Karwacki, franciszkanin zm. 1924]

Dokument z Pyzdr.

14/IX Kowale 3 58

R. 1356.

Kazimirus Dei gratia Rex Polonie. Universis et singulis Theloneatoribus ceterisque, ad quos praesentes pervenerint in nostro Regno consistentibus gratiam suam benignis regio cum favore. Licet alias mercatoribus, vectoribus et negotiatoribus quibuscunque cum suis quibuslibet mercibus per Manthui et Iuvenem Wladislaviam versus Thorun transitum viarum prohibuerimus consuetarum. Ad instantes tamen preces fidelium nostrorum civium de Pyzdri regia benignitate moti, praesertim obliquitatem viarum deprimere et rectitudinem ob relevamen pauperum laborantium erigere cupientes, omnibus et singulis civibus nostris de Pyzdri eisdem ratione mercandi versus Thorun civitatem praedictam transitum facere volentibus per easdem vias consuetas ab antiquoque visitatas, videlicet per Manthui et Iuvenem Wladislaviam cum eorum quibuscunque mercibus, solutis nihilominus antiquis et consuetis theloneis eundi et transeundi plenam et liberam exnunc conferimus liberalitatem, mandantes gratie nostre sub obtentu, omnibus et singulis Regnicolis et maxime Theloneatoribus nostris quibuslibet, ut praedictos cives nostros Pyzdrenses per praedictas vias per nos indultas negotiantes non audeant quoquomodo molestare seu perturbare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus appendendum. Actum et datum in Venationibus nostris circa Kowale in die Exaltationis Sancte Crucis Anno Domini M CCC L sexto.

Pieczęć urwana. –

1357 [8.V, Cracoviae.]

Kazimirus dei gracia rex Polonie, vniuersis et singulis, presentes literas inspecturis, facimus fore notum, quod honestus vir dominus Wneslaus heres de Brezna, accedens ad nostram presenciam personaliter cum suo iure protestans et literas confirmatorias sigillo apenso coram nobis ostendens, asserens se esse iure lucratum et possessum dictas hereditates, videlicet in Brezna sex [kmethones . . . .

. . . .] pertinet, in Podrzecze duas sortes et molendinum et vnam zagrodam wlgariter et agrum proprium Polonico (!) dictum Pansecza rola eciam in Przibodlec et prata Strziganecz; sed nos iuxta conswetudinem idem (!) dominum Wirzbetam heredem de Chalozow iussimus [ipsum] citari wlgariter pouezicz, quia idem dominus Wirzbeta heres de Chalozow accedens personaliter ad nostram magestatem coram nobis publice fassus est eidem domino Wneslao ac suis legitimis proximitatem de predictis hereditatibus. Nos vero videntes et audientes ac considerantes, idem (!) dominum Wirzbetam heredem de Chalozow fassum eidem domino et suis legitimis, videlicet Wneslao ac eorum successoribus damus eis omnimodam possessionem ac nostram iure nostro eximendi iuxta conswetudinem obligacionis ad quamcumque Nali-

/

ūitatem possint dare prefatas peccūnias eidem domino Wirzbecze vel sūis legitimis, debent acqūirere (?) nūlla antiqūitate nec aliqūo iūre ipsūm dominūm Wressla-ūm et sūos legitimos nūllo iūre eūadere poterint. Idem dominūs Wirzbeta et eorūm legitimi primo pro Brezna ~~[illegible]~~ LVI marcas, pro Prizssodlec ~~[illegible]~~ vigin-ti marcas pro Podrzecze sexaginta marcas . . . Poloni-calis monete . . . . orūm vel in cūius rei testa-cionem presentes literas dari fecerūnt sigilli . . . . Presentibūs nobilibūs viris in testimo-nium receptis: primo dominus Petrūs tribūnus dic-tūs woyscki, dominūs Tasko camerarius dictūs Zaya, dominūs Clemens gladiator, dominūs Predboriūs Sbignei, dominus Andreas iūdex cūrie necnon cas-tellanus Cracoūiensis dictūs Wawrovscki, dominus Tasko dictūs Leleck et alijs qūam plūribūs fidedi-gnis. Actūm et datūm in castro Cracoūiensi in die sancti Stanislay martiris, sūb anno Domini M° CCCmo L septimo.

Dokument pergaminowy, znacznie zbladły; po pieczęci pozostał pasek pergaminowy.

1358. 9/II Chodcza

In nomine Domini amen. Licet magestas regia homi-
num temporalium, multo magis eterni regis iura in suo
statu illibata prosequi et fouere tenetur, proinde nos Ka-
zimirus Dei gracia rex Polonie, perpetue memorie commen-
dantes, notum facimus harum serie literarum, quibus
expedit, vniuersis, quod habentes deuocionem in Domino
specialem et in Sanctos eius, quos fideles Domini sub ex-
pectacione retribucionis celice venerantur, ob reuerenciam
itaque et honorem sancte Trinitatis, in remediumque
nostre salutis et parentum, predecessorum ac eciam nos-
trorum successorum, sedulisque precibus inclinati reli-
giosi viri, domini Marci prepositi de Strzelno, capella-
ni nostri dilecti, necnon priorisse, subpriorisse et sororum
conuentus monasterij sancte Trinitatis, ordinis Premon-
stratensis, dyocesis Wladislauiensis, cupientesque vt
diuinus cultus in eodem monasterio vberius augeatur,
eidem monasterio decimas per totam hereditatem nos-
tram Nemoyowo dictam, sitam in terra Cuyauiensi,
et per araturas nostras in eadem hereditate Nemoyo-
wo, que decime ab antiquo ad predictum monasterium
Strzelno pertinebant, restituimus, damus, appropria-
mus et incorporamus perpetuis temporibus tenendas,
habendas, percipiendas et ad vsum suum conuertendas
et disponendas. In cuius rei testimonium sigillum

nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Chodcza, in octaua Purificacionis sancte Marie, anno Domini M°CCC° quinquagesimo octauo. Presentibus hijs testibus: Floriano cancellario Lanciciensi, Wirzbantha Polonie, Predborio Cujauiensi capitaneis, Mystugio wenatore Cracouiensi, Adam subcamerario Kalisiensi, Prandotha herede de Miculowicz et alijs multis fidedignis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Strzelno N. 26), opatrzony jest małą pieczątką herbową królewską (z literą K obok ogona orlego), ~~zaw~~ z czerwonego wosku, zawieszoną na sznurku z jasno zielonego jedwabiu.

1358.

25/XI. s. l.

Nos Myszcziwius castellanus in Bydgosczia, vniuer-
sis et singulis Christifidelibus serie presencium declara-
mus, in verbo veritatis publice protestantes, quod vir
religiosus, dominus Iohannes abbas de Byssouia, ordi-
nis Cysterciensis, et Stephanus scultetus de hereditate dicti
domini abbatis et sui monasterij Vloky vulgariter nun-
cupata, cum Woyczecha relicta quondam Nycolai sculte-
ti ibidem suisque legittimis heredibus, videlicet Iohanne et
Anna, pro impeticione prefate scultecie amicabilem facien-
tes composicionem, ipsis dederunt VII marcas denariorum.
Et ad eandem composicionem ratihabendam eadem Wyczecha
ac dicti sui filij omnesque eorum amici sponte omnino abre-
nunciauerunt impeticioni, omnique iuri, quod eis in predicta
sculteciá competere videbatur. In cuius rei euidenciam sigil-
lum nostrum in testimonium perpetue ordinacionis presentibus
est appensum. Datum anno Domini millesimo CCC°. L VIII.
in die beate Katherine gloriosissime virginis et martiris.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rejencyjnem
w Poznaniu (Coronowo N. 88) opatrzony jest pieczątką sygne-
tową ze zwykłego wosku, mocno zwietrzałą, zawieszoną na pasku
pargaminowym, wyobrażającą niby podkowę niby pierścień wyszczer-
bany z krzyżem. Napis otokowy nieczytelny.



1360. 13/VII Koscziol. 62

Nos Albertus palatinus Brestensis, ad noticiam vni-
uersorum, tam presencium, quam futurorum volumus deuenire,
quorum nosse presentem literam fuerit opportunum (et) presen-
tibus recognoscimus lucidius profitentes, quod domina Chiszezi-
slaua de Ludzisko, cum filijs suis Simone et Iohanne, vna
cum Iohanne filiastro ipsorum, parte ab vna, et dominus Io-
hannes abbas Byssouiensis, parte ab altera, in nostra exi-
stentes presencia, talem inierunt mutuo forisacionem et empcio-
nem, quod domina memorata cum filijs suis, cum consensu
omnium ius ad hoc habencium, medietatem hereditatis Twis-
kitno wlgariter nuncupate, in terra Naklensi sitam, pro
ducentis marcis grossorum domino Iohanni abbati predicto
ac monasterio Byssouiensi in perpetuum vendiderunt rite ac
racionabiliter. Quamquidem pecuniam domina prius nominata
cum filijs suis et alijs iure ad hoc spectantibus, coram nobis
persolutam receperunt integraliter et complete. Et ne huiusmodi
tam realis vendicio et empcio necnon pecunie integralis satis-
faccio ab aliquibus valeat in posterum dubitari, literam
nostre recognicionis euidentis eidem domino abbati sepe-
dicto contulimus sigilli nostri et Iohannis dicti Cemark ad-
uocati Iuuenis Vladislauie efficaci appensione communi-
tam. Actum in datum in Koscziol, in die beate Margare-
the virginis, sub anno Incarnacionis Christi MCCCLX.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo, k. 410.
(Archiwum państwowe w Poznaniu).

1360.

27/IX Kwieciszewo

Nos Jaroslaus diuina prouidencia Gneznensis ecclesie archiepiscopus, vniuersis, quibus expedit, volumus esse notum, quod sub anno Domini MCCCLX, in Kwieciszewo, in vigilia s. Venceslai martyris religiosus dominus frater Johannes, abbas monasterij Bissouiensis, suo proprio et conuentus sui nominibus pacauit et plenarie persoluit nobis sexaginta marcas grossorum, quas promiserat nobis dare ad fabricam nostre maioris Gneznensis ecclesie, in recompensam quarumdam decimarum, in eorum memoribus per nos ipsis attributarum. De quibus quidem sexaginta marcis predictis ipsos abbatem et conuentum memoratos quietamus et penitus absoluimus per presentes. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo, str. 156.
(Archiwum rządowe w Poznaniu).

pl. prepalus

In nomine Domini amen. Nouerint vniuersi, presen-
cium noticiam ~~audituri~~ audituri, quod cum coram no-
bis Mathia diuina et apostolice sedis prouidencia ecclesie
Wladislauiensis episcopo, inter honorabilem virum, domi-
num Iohannem decanum Wladislauiensem et canonicum
Cruswiciensem, ex vna, et religiosum virum, fratrem Mar-
cum prepositum monasterij Strelnensis, super decima post
aratrum suum in Parwo Slausko, parte ex altera, verte-
ret materia questionis, tandem ~~predictus~~ prepositus obtu-
lit se sufficienter probaturum, quod dicta decima in
Parwo Slausko post aratrum ipsius ad conuentum Strel-
nensem et non ad aliquam extraneam personam perti-
nebat et pertinet a temporibus retroactis, cuius memoria
non existit. Nos vero visis atestacionibus prepositi preno-
minati sentencialiter adiudicauimus et presentibus con-
firmamus in hijs scriptis, quod prepositus iamdictus et
sui successores de septem mansis, quos proprijs aratris
excoluerint, laboribus et expensis in Parwo Slausko,
nulli decimare in perpetuum sint astricti, sed eandem
decimam percipient integraliter temporibus futuris pro
suis vsibus conuertendam. In cuius rei testimonium si-
gilla nostrum et capituli nostri Cruswiciensis presenti-
bus sunt appensa. Datum Raczens in crastino beati
Remigij, anno Domini M CCC LX. Presentibus

honorabilibus et discretis viris, dominis: Nibuto preposito Wladislauiensi, Iohanne canonico Wladislauiensi, olym decano Gneznensi, Stanislao iudice Brestensi, Paulo de Raczens, Thomislao de Secholowo plebanis, Segnewo scriba presenciuum, cum ceteris fidedignis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Strzelno N. 29), opatrzony jest dwiema pieczęciami podługowatemi ze zwykłego wosku, zawieszonemi na paskach pargaminowych, z których pierwsza, znacznie uszkodzona, jest Macieja biskupa kujawskiego, druga dość dobrze dochowana jest kapituły kruszwickiej.

(1362) 13/I Służew 65

In nomine Domini amen. Nouerint uniuersi presencium noticiam habituri, quod nos Bronisius Brestensis palatinus, heres de Służew, attendentes, quod hereditas seu uilla Wanore wlgariter nuncupata, in cuius possessione fuimus ex vendicione dominorum ducum Tunenis Wladislauie, ad ius et proprietatem monasterij Strelnensis, ordinis Premonstratensis, pertinet et pertinuit ab antiquo, licet ex empcione et vendicione supradicta ius aliquod in eadem uilla nobis competere uideatur, volentes tamen et nostram consciencian emundare et gratum Domino in eo seruicium exhibere, omni iurj, peticionj, actionj, excepcionj et cuilibet beneficio legis uel canonis nobis competentibus, quoad nos et nostros liberos cedimus in hijs scriptis, possessionem eciam eiusdem uille ad prepositum Strelnensem suumque conuentum exnunc uolumus pertinere. Hanc autem cessionem, resignacionem et tradicionem predicte uille fieri mandauimus nostro nomine per dominum Wolgmarum canonicum Plocensem, nostrum capellanum de Służew, in presencia venerabilis in Christo patris, dominj Gerwardi Dei gracia ecclesie Wladislauiensis episcopi, sub multorum testimonio fidedignorum. Et ne super hijs in posterum [orietur dubietas presentes nostro sigillo mandauimus communirj. Actum et datum anno Dominj M°C. . . . . . apud Służew [in octaua] Epiphanie Dominj.

¹/ Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (A. Strzelno N. 19), uszkodzony jest plamami z wilgoci w ten sposób, że niektóre wyrazy, zwłaszcza rok zblakły zupełnie i nie dają się odczytać. Rok 1362 napisany jest na grzbiecie dokumentu pismem ~~snac~~ zapewne z XVII wieku, znać dokument był jeszcze wówczas czytelny. Na pasku pargaminowym wisi jedna pieczęć okrągła ze zwykłego wosku, wyobrażająca trzy tarcze herbowe ułożone w mątewkę rozbieżnie: w pierwszej herb Świerczek, w prawej herb Hełm, w lewej dwa połutrzężyce barkami związane, w słup. Napis otokowy:

✠ S' BRONI . . . . ALATINI · DE · BRESC(E).

1362. 23/IV Raciąż

(17/IV = data błędne)

In nomine Domini amen. Humanorum gesta obliuione faciente consueuerunt tractu temporis deperire, si scripture testimonio uel testium amminiculo non fuerint memorie commendata. Inde est, quod nos Mathias diuina et apostolice sedis prouidencia ecclesie Wladislauiensis episcopus, vna cum consensu fratrum nostrorum Sbyluti prepositi, Stanislai scolastici, Swantoslai custodis, Sbyluti prepositi Plocensis, Theoldrici[1] can~~onicorum~~toris, ceterorumque canonicorum ac tocius capituli eiusdem ecclesie Wladyslauiensis, beniuolo cum consensu pariter et assensu cupientes, ut rei geste inter nos, parte ex vna, ac magne religionis viros, fratrem Iohannem abbatem, Iohannem priorem et Godfridum cellerarium ceterosque monachos conuentus seu cenobij Byssouiensis, ordinis Cisterciensis, parte ex altera, apud posteros memoria plenior habeatur, notum facimus vniuersis, presentes literas inspecturis, quod intendentes melioracioni bonorum ecclesiarum nostrarum predictarum, ut ex eis auctore Domino fructus vberior valeat prouenire, iniuimus, fecimus, disposuimus ac ordinauimus perpetue commutacionis ac permutacionis concordiam seu eciam vnionem, tenoris videlicet subsequentis. Quod nobis et nostris successoribus de villis eiusdem monasterij, que sic wlgariter seu Polonice nuncupantur, videlicet de Wlcelno,[2] de Velim, de Glinky, de Gosczi-radz et de Strouno, in quibus villis decime ad mensam

./.

nostram episcopalem pertinent, iam in parte locatis in castellania Bydgostiensi et Vyssegrodgensi situatis, in festo beati Martini sex grossos Pragenses singulis annis racione decime incole, kmetones seu villani predictarum villarum cultoresque agrorum indilate de quolibet manso Culmensi soluere tenebuntur, et vbicumque dictus abbas cum conuentu ipsius censum a kmetonibus percipiet, nobis predictam pecuniam decimalem ab eisdem suis kmetonibus extorquebit. Insuper decimam in Gogolino, prout eadem villa in suis limitibus et granicijs est distincta, que decima erat cenobij seu monasterij supradicti, per eosdem fratres libere et sponte vsui mense nostre ac successorum nostrorum est applicata, seu eciam asignata ac perpetuis temporibus circa eandem mensam nostram seu omnimodam voluntatem, disposicionemque nostram seu successorum nostrorum permansura, prout in literis dictorum fratrum, super hoc confectis, plenius continetur. Preterea cupientes in eodem monasterio, ut cultus diuinus augeatur, eorumque oracionibus crebris ac sedulis largiflui confidentes graciam consequi Crucifixi, libere ac sponte duas decimas mense nostre episcopalis: in Scarbewo et in Butcow[3] villis ipsorum, eisdem religiosis vsui mense eorum seu omni disposicioni secundum voluntatem eorundem applicauimus, dedimus, contulimus ac presentibus in elemosinam conferimus, circa eosdem fratres perpetuis temporibus permansuras, et racione donacionis decimarum huiusmodi predictarum, prefati fratres vnam missam infra septimanam quamlibet annis singulis nostrorum

./.

predecessorum ac successorum necnon benefactorum dicte Wladislauiensis ecclesie pro animarum remedio celebrabunt. Et ne talis ordinacio seu commutacio inter nos sollempniter celebrata in posterum moleetur, presentes literas scribi fecimus, nostroque ac capituli predicti sigillorum munimine roborari. Actum et datum Raczens, sabbato infra octauas Pasche, indiccione XV, die XVII mensis Aprilis, anno Domini M^mo CCC^mo sexagesimo secundo.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 93) opatrzony jest dwiema pieczęciami ze zwykłego wosku, podłużowatemi; mocno zwietrzałemi i zniszczonemi; zawieszonemi na blado zielonych jedwabnych sznurkach. Pierwsza jest pieczęć piesza biskupa Macieja, druga kapituły katedralnej kujawskiej.

Drugi oryginał powyższej umowy znajduje się również w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 94) tylko że pierwsza pieczęć biskupa Macieja zupełnie wyłupana. Odmianki tekstu: 1) Theodrici; 2) Vytelno, 3) Bucowo,

1363. 1/VII Bydgoszcz 68

Nouerint vniuersi presentem paginam inspecturi, quod nos Stanislaus iudex tocius terre Cuyauie, profiteor per presentes fide digna (!), quia de consensu Mczugij capitanei Bidgostiensis necnon subiudici (!) nostri Beruoldo, omniumque assessorum iudicio domini regis (presidencium), molendinum in Glinki religioso viro domino Alberto (abbati) vna cum fratribus suis, videlicet de Bissouia, idem molendinum adiudicauimus et Laurencio molendinatori vna cum successoribus suis inibidem in Glinki eternum silencium imposuimus. In cuius rei testimonium presentem literam conficere mandauimus et sigilli nostri iussimus appensione roborari. Actum et data in Bidgoscia videlicet, feria quarta ante dominicam, que Oculi mei cantatur, sub anno domini M°. CCC°. LX°. III°

Dokument pergaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 95), opatrzony był pierwotnie trzema pieczęciami, na paskach pergaminowych zawieszonemi; z których dochowała się tylko trzecia, mała, okrągła, w zwykłym wyciśnięta wosku, wyobrażająca w tarczy herbowej krzyż i połupodkowę ze strony lewej. Napis okołowy nieczytelny.

+2

1364.

29/III Kraków

Königl. Staats Archiv. Posen.
Strelno nr. 32.

In nomine Domini amen. Largitas principum multipliciter commendatur, si ex grata donacione graciosior confirmacio subsequatur. Igitur nos Kazimirus dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuyavie, Pomeranie Russieque dominus et heres notum facimus quibus expedit universis, quod accedens ad nostram baronumque nostrorum presenciam venerabilis ac religiosus vir dominus Marcus abbas monasterii sancti Vincentii ante Wratislaviam ordinis Premonstratensis, tamquam superior et gubernator domus in Strelna eiusdem ordinis, terre Cuiavie, obtulit nobis quoddam privilegium domini Zemomislii felicis memorie, olim ducis Cuyavie, predicto monasterio Strelnensi super quibusdam libertatibus et iure theutonico ville dicte volgariter Loyow, datum et concessum, petens illud a nobis innovari seu eciam confirmari. Cuiusquidem privilegii de verbo ad verbum tenor dinoscitur esse talis. ~~Nos Zemomislius dei gracia dux Cuyavie, futuris et presentibus hanc~~
In nomine sancte trinitatis amen. Quoniam humanorum

actuum memoria procedente tempore cadute oblivionis latibulo sepius involvitur, necesse est ut literarum firmetur perhennium fulcimentis. Igitur nos Zemomislius dei gracia dux Cuyavie, futuris et presentibus hanc paginam notum fieri cupimus inspecturis, quod in nostri delicti emendam et parentum nostrorum remedium claustro Strelno nuncupato in villa dicta Zogovo, omnem libertatis securitatem, thewtonicique iuris plenam facultatem videlicet iuris Maydburgensis, ita quod nec ipsi nec eorum homines in ullo nobis tenebuntur servicio vel solucione, eo excepto, quod nobis in festo Sancti Martini de duobus mansis franconicis tres mensurastritici solvere tenebuntur, preter agros prepositi et scultheti dicte ville, quos liberos habunt, predictum censum solvere non tenebuntur, de judiciis vero, que in districtu predicte ville qualicumque causa evenerint, judex antedicte ville iudicabit et omnes placiones recipiet sine nostro inpedimento, tamen quod nobis de omnibus causis capitalibus que tangunt decollacionem vel mutilacionem membrorum, tercium denarium predictus scultetus nobis presentabit. Item

predicti villani ab defensione terre nostre usque ad metas venire conabuntur, insuper dictam villam ab omnibus juribus polonicalibus et ducatus exigicionibus in perpetuum liberavimus. Ne autem per processum temporis sive nostre propaginis successivam posteritatem hujus rei statutum abolicionis paciatur naufragium, presens scriptum sepedicto claustro tradimus nostri sigilli tutamine roboratum. Huius rei testes sunt palatinus Iaroslaus Albertus castellanus Wladislaviensis, Miroslaus judex curie, Dominicus thezaurarius Tranomisl. subcamerarius, Albertus subcancellarius, Ziffridus capellanus curie nostre et alii fidedigni. Actum et datum in Iunciwladislavia anno domini

1282 Mai. n. 20 wt. 15 M° CC° LXXX° sexto Kalendis Aprilis luna XXV.

Nos itaque ad dictum monasterium specialem devocionem habentes, peticionibus quoque jamdicti abbatis graciosius inclinati, ipsum privilegium cum omnibus suis iuribus, punctis et articulis per omnia ratum habentes et gratum, ob remedium salutis nostre nostrorumque predecessorum, ex certa sentencia approbantes

ratificamus et perpetuo aff confirmamus volentes in dictum monasterium sorores et fratres ibidem deo servientes amplius effundere graciam nostre regie maiestatis. Ese nunc sepedictam villam Logow et allodium seu curiam monasterii predicti scultetum, Kmetones et omnes ibidem degentes cum agris ipsorum tam ad curiam quam eciam ad sculteciam et ad Kmetones spectantibus, ab omnibus stationibus equorum, canum et quorumlibet officialium seu familiarium nostrorum regalium atque ducalium et generaliter ab universis angariis et preangariis, quibuscumque nominibus dicantur, et quibus alias dicta villa fratres et homines ibidem morantes trebabantur, eximimus absolvimus perpetuis temporibus et penitus liberamus. Ut autem hec nostra confirmacio ac grata iurium concessio robur optineat perpetue firmitatis, presens privilegium memoratis abbati, sororibus, fratribus et monasterio Strelensi, dari iussimus nostri sigilli munimine roboratum. Actum Cracovie feria sexta proxima post conductum Pasche, anno Domini M° CCC° sexagesimo quarto. presentibus Floriano cancellario

Lanciciensi, Sandziwoyo capitaneo Gnewcoviensi, Przeslao sbagarone Kalisiensi, Predborio de Brzesze terre Cracoviensis, Alberto de Coszol terre Cuyavie heredibus et domino Johanne cancellario Cracoviensi, per cuius manus presens privilegium transmitur et aliis auliris fidedignis. Scriptum autem per Nicolaum plebanum de Ozhorz sive Albaecclesia notarium curie nostre.

Dokument pergaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Trzelno N. 32), opatrzony jest majestatową pieczęcią królewską ze zwykłego wosku, zawieszoną na fioletowym jedwabnym sznurku.

73

1364.

23/VIII Chełmno

Noverint universi, tam presentes, quam posteri, quod coram nobis constituti iudex nostre civitatis[x)] Thidemannus de Mellin cum scabinis, videlicet Iohanne Caldinbuyz, Paulo gleser, Iacobo circa valvam, Iohanne Westval, Henrico Kirson cum iudicio bannito protestantes, Iohannem Coler metseptimum suorum fratrum scilicet Henselinum, Conradum, Petrum, Paulum, Henricum, Nicolaum, nostros concives, per informacionem honesti viri, domini Ertmacer[ri] coram ipsis tamquam pro se et eorum heredibus et successoribus omnimodam impeticionem et repeticionem duarum sculteciarum, videlicet Vloki et Ceczirsecz et aliorum bonorum, pro quibus plures macionem habuerunt impetentes erga reverendum dominum abbatem Byssoviensem et suum conventum nunc et imperpetuum totaliter abrenunciaverunt: declarantes eciam dictus Iohannes cum ceteris suis fratribus coram nobis, bona ipsorum fide ratificantes, neque domino abbati et suo conventui neque suis hominibus nec per intenciones nec acciones aliqua pericula seu dampna intulisse, sed ipsos, in quibus possent, amicabiliter velle revereri. Ad instanciam vero utriusque partis et propter maiorem securitatem sigillum nostrum presentibus est appensum. Cuius rei testes sunt: Ertmarius de Heirede proconsul, Iacobus Suncheym, Thidemannus

x) Civit

./.

de Heincke, Henricus Trugehorn, Hildebrandus Lentzelant, Henricus Longus, ffloriamus, Helmicus de Thendin, Johannes Nuewalt, et alij plures fidedigni. Datum Culmen in consistorio, presentibus consulibus prenotatis, anno Domini M° CCC° LXIIII°, in vigilia beati Bartholomei apostoli.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 99), opatrzony jest jedną pieczęcią ze zwykłego wosku, zawieszoną na pasku pargaminowym. Pieczęć ta ostrągła wyobraża pod gotyckiem trójliściowem podniebiem rycerza w zbroji z rozpuszczonym proporcem, na koniu w prawą biegnącego stronę. Napis otokowy uszkodzony:

+ SIGILLVM . . . . * COLMEN

1364.

25/VIII Bydgoszcz

Nos Maczyuugius subcamerarius Cracouiensis nec non capitaneus Bydgostiensis, vniuersis ac singulis, presencia concuentibus (!), cupimus fore notum, quod coram nobis in Bydgost constituti: Henslinus pistor, Conradus Coler, ciues de Culmine, ex parte fratrum suorum, videlicet Iohannis Coler, Petri, Pauli, Henrici, Nicolai, suorumque heredum ac successorum, non coacti, sed spontanea voluntate abrenunciauerunt ac abnegauerunt duas scultecias, scilicet in Vloki et in Cecirsescz, pro quibus dominum abbatem Byssouiensem ac suum conuentum multociens repetendo impecierant, bona fide manibusque suis nobis datis promittentes, quod nec dominum abbatem conuentumque suum nec homines suos pro iamdictis scultecijs ammodo velle impetere ac impedire, seu aliqua dampna vel pericula inferre, sed ipsos locis in omnibus tanquam amicos amicabiliter honorare, promouere et reuereri. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus hijs testibus: domino Niszkone de Steszlow, fratre nostro vterino, Budkone nostro burgrauio, Krziuosand de Neczischow, Hemplone aduocato Bydgostensi, Michaele ciuitatis eiusdem proconsule, Iacobo carnifice et alijs multis fidedignis. Datum in Bidgostia anno Domini millesimo. CCC°. LXIIII°. in crastino Bartholomei apostoli beati.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rza-

dowem w Poznaniu (Coronowo N. 100), opatrzony jest jedną pieczęcią z zielonego wosku, okrągłą, zwieszoną na pasku pargaminowym. Pieczęć znacznie uszkodzona, wyobrażała wśród korunki z łuków gotyckich tarczę z herbem Lis wywróconym. Napis otokowy uszkodzony, trudny do odczytania.

75

1316.
1365.

Mai. 25.

[5.IV, Lanciciae.]

In nomine Domini amen. Quod magnifica regia maiestas facere decrevit, debet esse firmum et stabile debetque robur firmitatis obtinere. Proinde nos Casimirus Dei gratia rex Poloniae nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae Cuiaviae Pomeraniae Russiaeque dominus et verus heres. Universis tam praesentibus quam futuris notum facimus declarando, quod cupientes utilitates regni nostri peramplius dilatare, de silvis et rubetis, de quibus nobis prorsus nulla utilitas provenicbat et ut utilius possit locari nobisque praesens fructus et futurus augeatur, damus discreto viro Miloslao de Klodawa villam iure teutonico sredensi super merica dicta Krzewata in terra Cuiaviae prope Clodavam locandi plenam et omnimodam facultatem, in qua merica imo verius hereditate damus predicto Miloslao et posteris ipsius in perpetuum sculteciam habendam, tenendam, possidendam pro sua

et suorum successorum utilitate convertendam removendo ~~ex~~ ibidem omnia iura polonicalia, modos et consuetudines universas angarias et praeangarias ita quod dictus scultetus coram nobis debet respondere iure ipsius teutonico supradicto et sui successores, cmetones vero coram sculteto villae praedictae, cui sculteto et suis posteris damus ante omnia duos mansos liberos ratione locationis et tertium denarium de iudicio. Elapsa autem libertate cmetones ratione census ad festum sancti Martini per unum personem solvere nobis sint astricti. Haec omnia praelibato sculteto sicut praemittitur tribuimus, tradimus vendimusque pro quatuor marcis grossorum usualis monetae. scultetus vero cum uno balistario in equo competenti cum iuvamine cmetonum nobis et nostris successoribus tenebitur servire ad expeditionem. Item praedicti cmetones de quolibet manso in festo beati Martini singulis annis non plus quam per sex grossos solvent

pro decima. In causis autem criminalibus, magnis et parvis, puta sanguinis, homicidii, furti, incedii, membrorum mutilationibus et aliis singulis praedicto sculteto et suis posteris iuxta exigentiam iuris teutonici praedicti iudicandi, condempnandi, puniendi plenam damus et tribuimus potestatem. In praedicta[3] tamen[2] hereditate scultetus supradicta prout est in suis limitibus distincta, viginti mansos et plures quot fieri possunt mensurabit iure supradicto. In cuius rei testimonium nostrum sigillum maius duximus apponendum. Datum in Lancicia tercia feria post Laetare dominicam, Anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo quinto. Praesentibus his testibus: Chebda palatino et capitaneo Siradiensi, Divissio capitaneo Lanciciensi, Luca subpincerna Siradiensi, Iacobo herede de Falbozycse, Stanislao herede de Czaranowo, Wolo-

dimiro herede de Dambye et aliis multis nostri regni nobilibus fide dignis.

~~Joct~~

Ex libro 17. f. 241. s. Libri terr. Lancic. a. 1529.

1365. 28/V. s. l. 77

In nomine Domini amen. Nos frater Sifridus dictus Goraschein, commendator in Tuchla, notum facimus universis, presentem paginam conspecturis seu audituris, quod venerabilis dominus, dominus Iohannes abbas Bissoviensis monasterij, in presencia nostrorum una cum Tescone de Brelewic, causa defectus decime dicte ville, quam idem Tesco ratum non tenuit, se invicem expediverunt. Itaque prefatus venerabilis dominus, dominus Iohannes abbas antedicti monasterij, cum consensu maturoque consilio fratrum tocius conventus, predicto Tesconi defectum priorem indulsit ac pepercit, tali autem adiecta condicione, quod sepefatus Tesco necnon sui successores prefato monasterio singulis annis in festo beati Martini confessoris atque pontificis, omni contradiccione semota de XXXIII mansis ultra decimam plenarie tenetur solvere et extorquere, scilicet de quolibet manso duos scotos usualis monete, sive sint locati, sive non. In quorum testimonium presentes dedimus, appensione nostri sigilli roboratas. Testes huius sunt honesti ac religiosi viri: frater Nicolaus de Racanz, presbyter castri Tuchoviensis, frater Albertus dictus Schor, quondam commendator in Schwiecz, frater Rupertus de Engilsberk, Iohannes dictus Rulhardus de Danck, notarius noster, et quam plurimi alij viri fide digni. Actum et datum sub anno Incarnacionis Domini MCCCLXV, feria quarta infra octavas Ascensionis Domini.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo, str. 118.
(Archiwum rządowe w Poznaniu).

1365. 28/V ś. l. 1478

dbl.

In nomine Domini amen. Nos frater Syfridus dictus Ger-
lachsheym commedator in Tuchla, notum facimus vni-
uersis, presentem paginam inspecturis seu audituris, quod
venerabilis dominus, dominus Johannes abbas Byssouie
monasterij in presencia nostrorum vna cum Testone de
Brelewicz, causa defectu decime dicte ville, quem idem
Tesko ratum non tenuit, se inuicem expediuerunt. Itaque
prefatus venerabilis dominus, dominus Johannes abbas an-
tedicti monasterij cum consensu maturoque consilio
fratrum tocius conuentus predicto Testoni defectum prio-
rem indulsit ac pepercit, tali autem adiecta condicione,
quod sepefatus Testo necnon sui successores prefato mo-
nasterio singulis annis in festo beati Martini confessoris
atque pontificis, sine omni contradiccione semota, de
XXXIIIbus mansis vltra decimam plenarie tenetur sol-
uere ac extorquere, scilicet de quolibet manso duos sco-
tos vsualis monete, siue sint locati, siue non. In quo-
rum testimonium presentes dedimus appensione nostri
sigilli roboratas. Testes huius sunt honorabiles ac reli-
giosi viri: frater Nicolaus de Raczens presbiter castri
Tucholensis, frater Albertus dictus Schof, quondam com-
mendator in Swecz, frater Rupertus de Engilsberk, Jo-
hannes dictus Burchardus de Danczk notarius noster

./.

et quamplurimi alij viri fidedigni. Actum et datum sub anno Incarnacionis Domini M°CCC° LXV°, feria quarta infra octauas Ascensionis Domini.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 101), opatrzony jest dwiema okrągłemi pieczęciami ze zwykłego wosku, zawieszonemi na paskach pargaminowych. Pierwsza wyobraża na tle kratkowanem rycerza zbrojnego w stojącej postaci, trzymającego w prawej ręce jakąś broń, może miecz, w lewej zwłoki człowieka bez głowy. Napis otokowy uszkodzony, nieczytelny. Druga wyobraża niby jakąś puszkę pękatą i napis otokowy również nieczytelny.

1367. [3. IV, Cracoviae.]

In nomine Domini amen. Dignum est et iuri congruit, ut commutaciones hereditatum per magnificenciam regiam cum subditis facte, forma egregia scripturarum et voce testium perhannantur. Igitur nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Pomeranie, Russieque dominus et heres, notificamus, quibus expedit, vniuersis, quod ad nostram nostrorumque baronum presenciam accedentes dominus Henselinus de Bork, dapifer Sandomiriensis, parte ab vna, et Tesco dictus Creze, quondam Friczonis Zarworcht, parte ab altera, commutacionem cum hereditatibus subscriptis voluntarie inuicem inierunt, videlicet idem Tesco recipiens ab ipso domino Henselino dapifero vnum braseatorium in Ilcus [1] opido et vnam stacionem cum dimidia carnium in ciuitate Cracouiensi, cum addicione viginti marcarum, iam sibi solutarum grossorum, pro se et suis heredibus et successoribus legitimis emendum, habendum, vendendum ac perpetuis temporibus possidendum eidem domino Henselino in recompensam, suisque heredibus et successoribus legitimis, totam suam partem aduocacie ibidem in Ilcus et totam hereditatis ville dicte Parcz [2] terre Cracouiensis predicte, ad ipsum ex successione paterna et materna legitime deuolutas, cum omnibus et singulis suis iuribus, dominijs, fructibus, censibus, prouentibus, obuencionibus, agris, pratis, siluis, rubetis, mericis, gajis, molendinis, piscinis, mellificijs, aquis, aquarumque decursibus ac alijs pertinentijs, ad dictas partes aduocacie et hereditatis pertinentibus, quibuscumque nominibus censeantur, et prout ipse partes aduocacie et hereditatis in suis limitibus, granicijs sint distincte, dedit et coram no-

- 7 -

bis tenendas, habendas, vendendas, commutandas, in usus suos beneplacitos convertendas, ac perpetuis temporibus per ipsum dominum Henselinum, ipsiusque heredes et successores legittimos possidendas memoratas partes tam advocacie, quam hereditatis tam commutacionis, quam vendicionis tytulo voluntarie resignavit. Quasquidem commutacionem, dacionem et resignacionem ratas, gratas atque firmas habentes, approbamus, ratificamus et de benignitate nostra solita confirmamus. In cuius rei testimonium, sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum Cracovie sabbato ante dominicam, qua in Dei ecclesia Iudica me decantatur, anno Domini millesimo CCC° sexagesimo septimo. Presentibus: Tescone castellano Cracoviensi, Petro palatino Sandomiriensi, Dobeslao Woyslicienzi et Tescone Sandecensi castellanis, Bodzacha procuratore generali et Andrea subiudice Cracoviensibus, ac alijs pluribus nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus domini Janussij doctoris decretorum, nostri Cracoviensis cancellarij, scriptum vero per Symonem notarium nostre aule regalis.

Oryginał pargaminowy, przechowywany w zbiorach Muzeum XX. Czartoryskich w Krakowie, opatrzony był niegdy jedną pieczęcią, po której tylko dziurki w zakładce pozostały, którędy sznur od pieczęci był przewleczony.

1367. [30. VII, Ilcus.]

In nomine Domini amen. Ut rei geste ambiguitate qua-libet propulsata, apud presentes habeatur et apud posteros certi-tudo, eapropter nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Pomeranie, Russieque dominus et heres, notumfacimus tam presentibus, quam futuris, quod in nostra nostrorumque baro-num presencia insolidum constituti Chiczco, Tamissius, Bogu-chwal, Fryzbco, Dobeslaus, Adam, fratres germani, Anna et Machna, sorores ipsorum patrueles, necnon Petrus heredes de Paroz, villa terre Cracouiensis et prope Ilcus [1]), sani mente et corpore, non coacti, non decepti aut improuide, sed volunta-rie et deliberacione secum et cum amicis suis prehabita diligen-ti, totam eorum partem hereditatis ville Parcz [2]) predicte, quam ibidem ex successione legitima dinoscuntur obtinere, cum omnibus et singulis iuribus, dominijs, fructibus, censibus, obuencionibus, prouentibus et specialiter fraccione lapidum molarium uel cuiuscumque alterius generis fore dinoscun-tur, agris, pratis, siluis, rubetis, gayis, molendinis, pas-cuis, mellificijs, aquis, aquarumue decursibus ac alijs per-tinentijs ad dictam totam partem hereditatis pertinentibus, quibuscumque nominibus exprimuntur et prout eadem tota pars hereditatis in suis limitibus est distincta, discreto ac prouido viro, domino Henselino de Bork, dapifero San-domiriensi, suisque heredibus et successoribus legitimis supra-dicti .. fratres cum sororibus ipsorum pro nonaginta, sed Petrus pro viginti vna marcis grossorum Pragensium, quadraginta octo pro marca qualibet computando, rite et racio-nabiliter vendiderunt et coram nobis dictam partem to-

tam hereditatis tenendam, habendam, vendendam, commutandam, in vsus suos beneplacitos conuertendam ac perpetuis temporibus per ipsum dominum Hanselinum suosque heredes et successores legitimos possidendam, iure hereditario libere resingnarunt. Quasquidem vendicionem et resingnacionem ratas, gratas atque firmas habentes, approbamus, ratificamus et virtute presencium confirmamus, absoluentes et perpetue eximentes omnes et singulos .. incolas et incolas prefacte tote partis hereditatis Parcz ab vniuersis potestatibus et iudicijs omnium .. palatinorum .. castellanorum .. iudicum .. subiudicum ac .. ministerialium eorundem regni nostri, ita, quod coram ipsis aut ipsorum aliquo pro causis tam magnis, quam paruis citati, minime respondebunt, sed coram .. aduocato in Ilcws opido prefacto, qui pro tempore fuerit, non aliter, nisi iure Theutunico videlicet Maydeburgensi modo aliorum .. opidanorum ibidem in Ilcws respondere ad obiecta perpetuis temporibus cuilibet sint astricti. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus appendendum. Actum in Ilcws sexta feria ante diem beati Petri ad vincula, anno Domini millesimo CCC° sexagesimo septimo. Presentibus: Tescone castellano, Andrea palatino Cracouiensibus, Petro palatino, Wylczcone castellano Sandomiriensibus, Bodzacha procuratore generali et Andrea subiudice Cracouiensibus, ac alijs pluribus nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus domini Janussij doctoris decretorum, nostri Cracouiensis cancellarij. Scriptum vero per Symonem notarium aule nostre regalis.

Oryginał pargaminowy, przechowany w zbiorach Muzeum XX. Czartoryskich w Krakowie, opatrzony był pierwotnie jedną pieczęcią, po której tylko dziurki w zakładce pozostały, którędy sznur od pieczęci był przeciągnięty.

1368. 9/II Bydgoszcz

Vniuersis Christi fidelibus, ad quos presentes peruenerint, nos Msczywogius capitaneus Bidgostensis necnon succamerarius Cracouiensis presentibus protestamur et vt illibata permaneant et robur perpetue firmitatis obtineant, serie presencium publice manifestamus, quod ex commissione incliti serenissimique principis, domini Kazimiri regis Polonie, inter fratrem Iohannem abbatem monasterij Byssouiensis et conuentum ibidem, et dominos et nobiles viros heredes de Sluzewo et de Iolandowo, videlicet dominum Iesconem subcamerarium Gnewcowiensem, Albertum subpincernam Brestensem, Iaroslaum, Przedpolkonem vtraque parte consenciente, talem inter hereditates Kneye cenobij predicti Byssouiensis et Iolandowo hereditatem prefatorum heredum dominorumque de Sluzewo fecimus limitacionem ac vnionem perpetuam de voluntate vtriusque partis, videlicet absque ullo preiudicio, impedimento seu grauamine antiqui priuilegij dicti claustri super hereditatem Friscznicza Kneya ex antiquo nominatam, que hereditas est sita inter riwlos (!) Kolhomirznicza et Lochotnicza, de quo riuulo Locchotnicza ad nostram peticionem et induccionem dominus abbas cessit usque ad quercum ex utraque parte circa viam signatam absque preiudicio et impedimento antiqui priuilegij, vt premittitur, taliter vero, quod limitacio am-

barum hereditatum Solandowo et Kneya et Thrsnicza incipit a riuulo Kothomirznicza in via, que transit de Mocre in Nemcz, vbi gades ex vtraque parte vic sunt manifeste districte, vsque ad vnam quercum ex utraque parte similiter signatam, deinde directe descendendo per borram usque ad fluuium Dbra et ad medium fluuij, ad tres lapides ibidem iacentes, vbi limitacio dictarum hereditatum terminatur. In cuius rei perpetuam firmitatem et euidenciam ampliorem, sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Bydgosczia feria quarta post Circumdederunt me, sub anno Domini milesimo C°C°C°. LX°. VIII°. presentibus his testibus: Niczkone herede de Chrzelowo, Budkone herede de Virchczino, Martino herede de Nakla, Jaroslao herede de Jastrobe, et alijs plurimis fidedignis. Data vero per manus Laurencij presbiteri et notarij.

Oryginał pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 102), opatrzony był pierwotnie jedną pieczęcią, po której tylko pasek pargaminowy pozostał.

1368. [10. IV, Cracoviae.]

Nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, notumfacimus tam presentibus, quam futuris, quibus expedit, vniuersis, quod ad nostram baronumque nostrorum accedens presenciam, Hanca filia Preczslay, tunc heres de Parczow[1], vxor Iohannis, non compulsa, non coacta, nec aliquo dolo aut fraude seducta, sed de mera sua voluntate consilioque maturo prehabito, totam partem seu porcionem, quam habuit in predicta hereditate, ipsam ex successione paterna contingentem, in terra Cracouiensi prope Ulcus[2] sitam, famoso viro domino Handzlonj Burg dapifero Sandomiriensi et sue legittime posteritati, pro viginti marcis, videlicet decem marcas in grossis grossorum Pragensium, et decem marcas in moneta, in regno communiter currente, numeri Polonicalis, quadraginta octo grossos marca pro qualibet computando, cum omnibus et singulis vtilitatibus, scilicet agris, pratis, pascuis, piscinis, aquis, aquarum decursibus, molendinis, siluis, borris, mericis seu quercetis, mellificijs, rubetis, censibus, redditibus, prouentibus, obuencionibus ac generaliter cum fructibus, qui nunc ibidem sunt uel in futurum erunt, vniuersis, prout dicte partes hereditatis in suis terminis et gadibus circumferencialiter longe lateque sunt distincte et limitate, nichil iuris et dominij pro se aut suis propinquis quibuslibet reseruando, libere vendidit et racionabiliter perpetuis temporibus resignauit, per iamdictum dominum Handzlonem et suos successores tenendas, habendas, possidendas, commutandas, donandas, vendendas et quomodolibet conuertendas. Quam quidem empcionem, vendicionem, resignacionem ratam, gratam habentes et firmam, ipsam approbamus, roboramus et ex certa sciencia nostra perpetuo confirmamus. Ha-

./.

rum nostrarum testimonio literarum. Actum et datum Craco-
vie feria secunda in Conductu Pasche, anno Domini millesi-
mo ~~trecentesimo~~ CCC sexagesimo octavo. Presentibus: domino
Iohanne Cracoviensi, Wylczcone Sandomiriensi, Petro Sande-
cense castellanis, Bodzatha procuratore generali, Andrea sub-
iudice Cracoviensibus et domino Iohanne de Czarncow, vice-
cancellario regni nostri, per cuius manus transivit.

Dokument pargaminowy, przechowany w zbiorach Muzeum XX. Czartoryskich w Krakowie, opatrzony był pierwotnie jedną pieczęcią, po której tylko pozostały dziurki w zakładce, którędy sznur od pieczęci był przewleczony.



83

1368. 18/XII Krusvicie

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Kazimirus Dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Pomoranie, Russieque dominus et heres, volentes illustrium principum Kazimiri et Semoslij (!) ducum Cuyauie antecessorum nostrorum vestigijs inherere, libertates, locaciones et iura ciuitatis in Byszouia et quarumdam villarum, iure Thewtonico locandarum, datas et concessas, prout in priuilegijs ipsorum per eosdem .. duces confirmatas et approbatas (!) plenius continentur, in remedium et salutem nostre et .. progenitorum nostrorum predictorum animarum et ad instantes peticiones abbatis et .. conuentus monasterij Byszouiensis innouandas duximus de speciali nostra gracia et eciam confirmandas memoratis .. abbati et .. conuentui ac monasterio Byszouiensi locandi ciuitatem dictam Byszouia iure Thewtonico scilicet Maydburgensi, in terra Cuyauie predicta situatam, facultatem plenariam concedentes, absoluentesque et perpetuo eximentes aduocatum, qui fuerit pro tempore, necnon vniuersos et singulos .. ciues et .. incolas ipsius ciuitatis Byszouiensis ab omnibus potestatibus et iudicijs omnium regni nostri .. palatinorum, castellanorum, iudicum, subiudicum ac ministerialium eorumdem, ita, quod coram ipsis uel

./

eorum aliquo pro causis tam magnis, quam parvis, ut puta furti, sanguinis, homicidij ac alijs quibus-uis causis citati, minime respondebunt, sed tantummo-do dicti .. cives et .. incole ipsius civitatis coram ipso-rum .. advocato, advocatus vero ipsius domino, sci-licet .. abbate Byszoviensis monasterij antedicti, qui est aut fuerit pro tempore, aut coram advocato per ipsum dominum .. abbatem constituto, de se queru-lantibus non aliter, nisi iure suo Maydburgensi respon-dere ad obiecta cuilibet sint astricti temporibus perpe-tuis duraturis: statuentes edicto perpetuo forum quinta feria in dicta civitate Byszovia singulis septimanis annis perpetuis duraturis. Harum sub nostre magesta-tis sigillo testimonio literarum. Actum in Cruswicia pro-xima secunda feria post diem beate Lucie virginis, anno Domini millesimo CCC L X octavo. Presentibus: Alberto Cuyavie, Moscicz Gnewcoviensi palatinis, Dobeslao castel-lano Cruswiciensi, Iohanne subcamerario Brestensi, San-dziuogio capitaneo Gnewcoviensi, Ectore iudice Cuyavie, et alijs multis nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus domini Iohannis archidiaconi Gneznensis, nostri vicecancellarij, scriptum vero per Symonem de Ruszcow notarium aule nostre regalis.

[(maior)]

Z potwierdzenia Kazimirza księcia szczecińskiego i do-brzyńskiego z r. 1371, przechowanego w oryginale w archi-wum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 106).

1369. 3/II Pyzdry -84-

druk KDW III 1628 pod r. 1370

In nomine Domini et individue Trinitatis amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Kazimirus Dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracovie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyavie, Pomoranie, Russieque dominus et heres, ad noticiam singulorum, tam presencium, quam futurorum, cupimus presentibus devenire, quod inspectis fidelitatibus et serviciis fidelibus ac utilibus, que nobis nobilis vir Stephanus heres de Crayssino fideliter et constanter impendit et infuturum impendere et exhibere est paratus, tamquam vero domino et heredi, ipsiusque beneficio volentes beneficiis obviare, in subsidium et recompensam ipsius meritorum, de speciali consilio et consensu nostrorum baronum, adiungimus in restauracionem et melioracionem ville dicte Goszczeyewo, eius hereditati, nostram hereditatem desertam Chrosti wlgariter nuncupatam, sitam in terra Cuyavie, prope dictam villam Goszczeyewo. Cui memorato Stephano et eius successoribus legittimis antedictam hereditatem Chrost conferimus, tradimus et donamus a via decurrenti de Polanovicz in Coszczeszicze, eundo ab eadem via in dextram manum versus Goszczeyewo villam memoratam, ipsam cum omni iure Theutunicali perpetuis temporibus

bus et omni dominio, videlicet agris, pratis, rubetis, pas-
cuis et alijs vtilitatibus et vsufructibus, qui nunc sunt
uel esse poterint in futuro, libere et licite tenendam, ha-
bendam, vendendam, donandam, commutandam, prout
sibi et eius posteritati legittime, salubrius et vtilius vide-
bitur expedire, conuertendam, sicuti ibidem est in suis
metis limitata. Vt autem hec nostra donacio de matu-
ro consilio et de solita nostre pietatis clemencia facta,
robur obtineat perpetue firmitatis, presentes litteras scri-
bi fecimus et ipsas presencium patrocinio confirmamus,
perpetuis temporibus duraturas. In quorum omnium
testimonium ad euidenciam clariorem presentibus nos-
trum sigillum est appensum. Actum Pysdri dominico
die proximo post diem Purificacionis Marie virginis
gloriose, sub anno Domini millesimo trecentesimo sexa-
gesimo nono. Presentibus Passcone Poznaniensi, Precz-
slao Kalisiensi, Petro Neorza Sandomirie palatinis,
Laurencio Poznaniensi, Iohanne Kalisiensi castellanis,
Wincencio subcamerario Kalisiensi et alijs multis fide-
dignis. Datum per manus honorabilis viri, domini
Iohannis de Czarnkow vicecancellarij regni Polonie, de-
cani Vladislauiensis, scriptum autem per Iacobum de
Vssoua, notarium aule nostre regalis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum
kapituły metropolitalnej gnieźnieńskiej (N. 180), opa-

trzony był pierwotnie jedną pięcią, po której tylko
sznurek z pąsowego jedwabiu pozostał.

1369 [17-XI, Sandomiriae.]

86 1369

Nov. 17

In nomine Domini Amen. Cum id quod legittime inter contrahentes agitur et debet stabile permanere Literarum conveniat testimonio et testium presidio sicut sapit sapientum autoritas roborarj. Igitur nos Kazimirus dei gracia Rex Polonie nec non terrarum Cracovie Sandomirie Schiradie Lancicie Cuyavie Pomeranie Russieque dominus et heres. Notificamus quibus expedit universis ex habito consilio Baronum nostrorum ac deliberacione prehabita diligenti. provido viro Heilmano Civi Lanciciensi suisque heredibus et successoribus legittimis quatuor mansos sittos foris et prope civitatem nostram Lanciciam non ad aliquem alium nisi ad nos antiquitus pertinentes prout ipsi et eorum quilibet in suis limitibus et granicijs circumferencialiter sunt distincti prout eosdem

soli

soli tenuimus liberos ab omni servicio et census solucione no-bis et nostris successoribus nec non omnibus Regalibus nostris exactionibus sep po-radlne angarijs imposicionibus colectis vernis laboribus araturis et vecturis ac alijs solucionum dacionibus tenendos habendos vendendos comutandos alienan-dos, donandos nostro tamen cum consensu in usus beneplacitos conver-tendos et perpetuis temporibus possidendos iure hereditario per ipsum Helmanum suosque heredes et successores legit-timos ut predicitur cum omni-bus utilitatibus fructibus censi-bus, iure et dominio proventi-bus ac alijs obvencionibus ad dictos quatuor mansos quomo-dolibet pertinentibus pro sexa-ginta marcis grossorum pra-gensium latorum, quadragin-ta octo grossis pro marca qua-

libet

qualibet computando rite et irrevocabiliter vendidimus et vendimus per presentes, sibi suisque heredibus et successoribus legittimis ut predicitur, sex Jugera paludinum sitarum ex opportuno memoratorum quatuor mansorum in quibus eidem Helmano et suis successoribus licebit ortos aut prata facere vel queque sibi placuerit de speciali nostre benignitatis gracia. Ad iungendum constituendumque eundem Helmanum suosque heredes et successores legittimos dictorum quatuor mansorum et eorum iugerum cum utilitatibus ipsorum ut profertur veros dominos et heredes. Nolumus tamen racione premisse dictos quatuor mansos a civitate Lanciciensi nostra predicta quovis modo separare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum Actum Sandomyrie proximo Sabato

post

post diem Beati Martinj Episcopi et Confessoris Anno domini Millesimo trecentesimo sexagesimo nono. Presentibus Reverendo in Christo patre domino floriano Episcopo Cracoviensi Vyrczone Sandomyriensi Grottone Lublynensi, Pelka Zawichostensi Castellanis, Zavisza Cracoviensi et Joanne Sandomyriensi Archidiaconis et alijs multis Nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus dominj Joannis de Czarnkolk Archidiaconi Gnesnensis Nostri Vicecancelarij Scriptum vero per Swiatoslaum Subscribam ejusdem.-

Łęczyc. Inscr. ks. 18o f. 46v; 47.

Szadek. 1370 d. 13 m. Martii. super villa Grodricez

Casimirus rex Poloniae Laurentio sculteto de Brodzza villam Brodcza iure Noviforensi locandam donat. Ks. M. 79 / 98 v.

1370.

Nos Cazimirus dei gracia Rex Polonie etc. Notificamus tam presentibus quam futuris, quibus expedit, universis, quod cupientes nostram ac Regni nostri utilitatem per locacionem situa (= villarum) ... amplius dilatare, presensque Regnum nostrum per extirpacionem mericarum et sylvarum limpidius reformare Extnunc provido viro Laurencio sculteto de Broza villam nostram, que nuncupari debet Brodcza in fluvio eodem Brodcza duodecim laneorum in terra Siradiensi prope Sadek super mericis iure Theutonico videlicet Sredensi locandam damus et concedimus plenam et omnimodam facultatem eidem Laurencio et eius successoribus legitimis, racione locacionis pro decem marcis grossorum Pragensium, numero Polonicalis quadraginta octo grossorum marcam facienc(ium) cum infrascriptis redditibus, utilitatibus, fructibus et obvencionibus universis videlicet duobus mansis liberis, taberna, molendino, si fieri potest in fluvio predicto, fabro, sartore et tercio denario de omni re iudicaba, sculteciam tenendam, habendam, possidendam, vendendam et quolibet modo aut Capitanei nostri habita requisicione convertendam, vendidimus perpetuo et incorporantes assignamus, dantes et concedentes omnibus et singulis Cmethonibus et incolis in eadem villa de novo locandis infra sedecim annos continuos ab omnibus nostris angariis et de-

pactacionibus

plenam et omnimodam libertatem, qua libertate elapsa, omnes Cmethones de quolibet manso per unam Maldratam frumenti, quadruplicis grani videlicet quatuor mensuras annone, quatuor anevednas (?) tritici et duas ordei cum septem grossis singulis annis perpetuis quolibet die Sancti Martini unum porcum, ad diem Natalis Christi pernam unam, viginti ova et caseum ad diem Pasche, duos pullos in Assumptione Beate Marie, nobis et posteritati nostre solvere et dare sint astricti. Statuimus etiam fieri volentes tria iudicia magna quolibet anno nostro tamen nuncio specialiter ad hoc deputato presidente in eadem villa, cui nuncio scultetus unum et Cmethones duo prandia ministrabunt. Servabitque ipse scultetus, elapsa libertate ac posteritas sua, unum equum duarum marcarum pro negociis nostris et Capitanei nostri peragendis, sed expedicione occurrente nostra generali motu transibit proprio aut equo eodem Capitaneo presentato ab expedicione volumus esse solutum. Absolvimus, liberamus et perpetuo eximimus predictum scultetum, successores suos, Cmethones et omnes Incolas eiusdem Ville ab omnibus iuribus iurisdicionibus omnium palatinorum, Castellanorum, Iudicum Subiudicum ac eorum vicesgerentium et ab omnibus Regni nostri et ministerialium potestatibus. Ita quod

89

coram eis pro causis magnis parvis et capitalibus minime respondebunt, sed cmethones coram sculteto suo, Scultetus vero per literam nostram evocatus non altero preterquam iuri suo predicto Sredensi coram nobis aut Capitaneo nostro generali respondebunt. In causis itaque criminalibus vel capitalibus ut puta furti, homicidij, sanguinis incendii et membrorum mutilacionis sculteto predicto iudicandi, sentenciandi, puniendi et condemnandi plenam et omnimodam elargimur facultatem. Donamus eciam sculteto predicto et posteris suis octo (lacuna) pratum unum in villa supradicta reformare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum testimonio literarum. Actum et datum Schadek quarta feria proxima post dominicam Reminiscere. Anno domini M.CCC. Septuagesimo. Presentibus

Swantopelcone Palatino
Petro Castellano
Chema (=Chebda=) Capitaneo
Jacobo Subcamerario
Luca subpincerna Siradiensibus
Mathie de Burzenin .–

conf. 1550 a Sig Aug
Cracovie.

1370. 11/XI Byszewo - 90

In nomine Domini amen. Cum id, quod legitime agitur, debet stabile permanere et literarum conveniat testimonio, sicut sapien- tum sanxit auctoritas, roborari, hinc est, quod nos frater Iohannes abbas Bissoviensis monasterij, ordinis Cisterciensis, Wladislavien- sis diocesis, notum esse volumus, presencium noticiam habituris, quod bona nostri monasterij cupientes, quantum cum Deo possu- mus, ampliare, ut ex eis dante Domino uberiores fructus nobis va- leant salubriter provenire, de voluntate et consensu fratrum nos- trorum, videlicet Iohannis prioris, Fulquani (!) supprioris, Nicolai cellerarij tociusque conventus monasterij nostri predicti, damus, conferimus et concedimus incolis et oppidanis in oppido nostro, locato iure Theutonico Magdeburgensi, quod Bissovia iantea vocatur, sicut et monasterium nostrum, ob melioracionem oppidi eiusdem, ut quidquid in ipso nostro oppido in venditorijs pan- norum, institorum, mercatorum, bancis panum, carnificum, su- torum et quorumlibet mercancium et stubarum, bancorum et in omnibus et singulis quibuscumque aliquis profectus et utilitas in racione census poterit provenire, de consensu nostro et successorum nostrorum comparaverint et auxerint, nobis due sint partes ipsius census et oppido predicto tercia pars decimari. Cuiquidem oppido damus eciam et conferimus viginti et septem mansos ex opposito ipsius oppidi in alia parte fluvij Brda iacentes, eundo versus novam curiam pro necessitate ac utilitate ipsius habendos, Ita tamen, quod prefatum oppidum seu oppidani ipsius de quo- libet manso(rum) premissorum decem octo scotos usuali mone-

te et communis pagamenti annis singulis in festo sancti Mar-
tini confessoris et pontificis nobis et successoribus nostris racione
census solvere tenebuntur indilate. Ut autem ipsum opidum va-
leat eo celerius collocari, omnibus et singulis incolis seu oppida-
nis in dicto oppido et ante oppidum locandis, a data presencium
ad duodecem annos continue subsequentes, a solucione census
infrascripti plenam et omnimodam concedimus libertatem, qua
libertate elapsa de qualibet area quilibet incolarum seu oppida-
norum predictorum per tres grossos annis singulis similiter in
festo beati Martini nobis et nostris successoribus racione cen-
sus dare et solvere sint adstricti occasione qualibet proculmota.
Et si quid questionis a quoquam emerserit, non alias, nisi co-
ram nobis seu advocato nostro seu fratre ordinis iure Magde-
burgensi respondebit. Ceterum volumus, quod si contigerit aliquem
querulantem seu respondentem sentenciam inventam aliquam
per scabinos argueretur, non alias extunc, quam per consules
dicti oppidi nostri sentencia ipsa debet declarari, et nisi suf-
ficienter, tunc ad consules Bidgostienses recurratur. Contingente
autem, quod si de iudicio dicti oppidi quispiam de oppidanis
ad nos vel ad successores nostros appellaret, causa huiusmodi
appellacionis per nos vel advocatum nostrum predictum seu fra-
trem ordinis, quem ad hoc duxerimus deputandum, debet au-
diri et terminari, non tamen simplex querela. Denum quod
dicti oppidani granicies perpetuis temporibus ducantur, hoc
modo declaramus. Primum videlicet incipiendo a dicto fluvio
Brda in fine prati dicti Warthacze; de Warthacze pro-
cedendo circa mericam usque ad collem supra lacum dic-
tum Lipchorz; de Lipchorz procedendo ad vallem, que est
in fine laci, nominata Tyschna, et per eandem vallem

transeundo vsque ad viam, que est super lacum Wysiekle, et eundo de Wysiekle per eandem viam ad gadem seu limitem, que est circa Osiek, et de Osiek vsque ad montana ex opposito dicti monasterij iacencia, que montana cum ceteris montanis ex vtraque parte sepedicti fluuij iacencia et ripis vnacum planicie, que dictum monasterium et oppidum mediat seu diuidit propter montana cuncta agris predictis emensurata in eisdem mansis oppidi prefacti pro nobis et nostris successoribus reseruamus. Hoc addito, quod si infra dictas granicies iam scriptas, seu in agris siue mansis predictis nos pro vtilitate monasterij vel successorum nostrorum horreum laterum siue laterificium uel fornacem cementi ac eciam mineram aliquam cuiuscumque metalli siue argillam pro lateribus in aliquo loco inuenire contigerit, eundem locum ipsi oppido compensandum per nos uel per successores nostros respectu duntaxat loci mansorum dictorum alijs in bonis nostris loco simili in quantitate assignato, pro nostro et successorum nostrorum dominio volumus mancipare. Nihilominus aupientes desideria predictorum oppidanorum seu incolarum adimplere, borram nostram et planiciem, predicta montana ex opposito dicti monasterij et infra granicies predictas iacencia, tantum pro vtilitate ipsorum in lignis et pascuis similibus vtilitate, vnacum arboribus nostris, hactenus pro mellificijs dolatis siue sculptis, pro nobis et nostris successoribus inibi reseruatis. Quoniam autem iura Magdeburgensia prorsus sunt nobis incognita, omnia iura, que commodum et vtilitatem dominorum respiciunt, salua nobis et nostris successoribus reseruamus per omnia. In quorum omnium testimonium et euidenciam pleniorem nostrum et conuentus nostri predicti sigillum presentibus sunt appensa. Actum et

datum in dicto monasterio nostro Byssouiensi, die beati Martini episcopi et confessoris, anno Domini MCCCLXX. Presentibus religiosis viris ac fratribus: Iohanne priore, Voltmario suppriore, Nicolao cellerario, Iohanne magistro conuersorum cum ceteris fratribus conuentualibus, testibus ad premissa uocatis.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo, str. 90 (Archiwum rządowe w Poznaniu).

A. -92

1371. Bydgoszcz

13/II

In nomine Domini amen. Suadet hoc nobis innata benigni-
tas, vt religiosorum virorum comodis et profectibus augendis in-
tendere debeamus, vt eum, per quem principamur in terris, con-
templari facie ad faciem mereamur in celis. Proinde nos Kazimi-
rus Dei gracia dux Stetinensis et Dobrinensis terrarum, dominus
et princeps Rugie,[1] notum facimus tam presentibus, quam futuris
tenore presencium, quibus expedit, vniuersis, quod ob remedium
salutis nostre et in remedium animarum .. predecessorum nos-
trorum clarissimorum principum, dominorum: Kazimiri Dei
gracia clare recordacionis olim regis Polonie illustris, avi no-
stri predilecti, et aliorum nostrorum .. antecessorum, principum
terre Cuyauie, fundatorum et dotatorum domus Byszouiensis
in districtu nostro Bydgostensi fundate et erecte, ordinis Cys-
terciensis, Wladislauiensis dyocesis, eidem domui Byszouiensi
et .. conuentui ac .. fratribus vniuersis in ipsa Deo famulan-
tibus, videlicet .. priori, .. vicepriori, .. custodi et alijs vniuer-
sis fratribus conuentualibus, qui sunt, aut fuerint pro tempore,
prerogatiuam et graciam de innata nobis clemencia volentes fa-
cere specialem, omnem exaccionem, contribucionem, expedicio-
nalem pecuniam,[2] seu quamuis aliam dacionem, quam in vil-
la Bosszcouo ipsius domus seu monasterij Byszouiensis pre-
dicti, nostri antecessores singulis annis et temporibus retroactis,
cuius contrarij memoria hominum non existit, pro ipsorum
thezauro recipiebant et habebant,[3] et nos recepimus et habuimus
cum pleno iure et dominio, eandem exaccionem, contribucionem,

4)

pecuniam expedicionalem seu quamuis aliam dacionem indulgemus, remittimus, dimittimus et kmethones seu alios quoscumque incolas eiusdem ville Bosszcouo, qui sunt aut fuerint pro tempore, ab huiusmodi nostris solucionibus eximimus, absoluimus et liberamus perpetuis temporibus duraturis, ita tamen, quod nullus nostrorum successorum eandem nostram graciam seu prerogatiuam sic rite et sana mente factam, irritare, cassare aut violare presumat quouismodo; secus autem facturus seu facturi, salutemque predictorum .. principum, nostrorum antecessorum, fundatorum prefate domus Byszouiensis et nostram impediturus aut impedituri, indignacionem altitonantis eiusque genitricis virginis gloriose, que ibidem patrona existit, se nouerit seu nouerint grauiter incursuros. Preterea omnes et singulos kmethones eiusdem ville Bosszcouo, qui fuerint pro tempore, a laboribus castri nostri Bydgoszcza et alijs quibuscumque anxietatibus et perangarys vniuersis volumus habere exemptos perpetuo et solutos: inhibentes omnibus et singulis predicti castri nostri burgralijs et alijs, quorum interest uel interesse poterit, ne prefate ville kmethones et incolas pro huiusmodi laboribus et alijs quibusque iniurijs inpetere aut impedire presumant, gracie ducalis sub obtentu. In quorum omnium testimonium ad euidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in Bydgoszcza feria quinta proxima post diem beati Dyonisy, sub anno domini M°C°C°C° LXX primo. Presentibus: Dobeslao Cruswiciensi castellano, Cuncone de Calbe, Waldcone de Waldow, Daczibogone vexillifero Plocensi, Wasszcone de Rusinow, Iwone de Radomino marszalcone curie nostre et alijs multis fidedignis. Datum per manus Iacobi cancellary nostri Bydgostensis. 5)

Oryginał pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N: 107) opatrzony wielką piękną pieczęcią pieszą księcia na zielonym jedwabnym sznurku z małem odwrociem z zielonego wosku.

3)

Drugi oryginał tego dokumentu, przechowany również w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 108) w stanie bardzo zniszczonym i bez pieczęci, ma następujące odmianki tekstu:

1) dux Lancicensis, Dobrinensis, Bydgostiensis, Pomeranie, Slauie, Cassubie terrarum ac princeps Rujanorum,

2) dodaje: „ses quoque“, 3) habuerint

4) tu następuje wyraz zupełnie zniszczony,

5) Datum per manus Iohannis vicecancellarij nostri Dobrinensis, notarij, canonici Plocensis, plebani Lyscouiensis.

1371. Bydgoszcz 25/VI

In nomine Domini amen. Suadet hoc nobis innata benignitas, vt religiosorum virorum comodis amplhiandis debeamus intendere, vt per eum, per quem principamur in terris, per ipsum quoque coronari mereamur in celis. Proinde nos Kazimirus Dei gracia dux Stethinensis et Dobrinensis terrarum ac dominus districtus Bidgostensis, notum facimus tam presentibus, quam futuris tenore presencium, quibus expedit, vniversis, quod in nostra nostrorumque procerum ac baronum constituti presencia venerabilis ac religiosus vir, dominus Iohannes diuina miseracione abbas vna cum suo conuentu monastery Byszouiensis, ordinis Cisterciensis, Wladislauiensis dyocesis, nobis sincere dilecti, quoddam priuilegium serenissimi principis, domini Kazimiri Dei gracia clare memorie olim regis Polonie, awi nostri carissimi sub vero sigillo ipsius maiori appenso, locacionem opidi ipsorum dicti Byszouia, quod alias Smecz wlgari nomine congnominabatur, foris predicti monastery in fluuio Bbra situati, in se continens, coram nostra magnificencia produxerunt, petentes humiliter et deuote, quatenus dictum priuilegium vna cum clausulis in ipso contentis, de solita nostre pietatis benignitate innouare, ratificare et confirmare dignaremur. Cuiusquidem priuilegy tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Następuje przywilej króla Kazimirza z r. 1368 w przedmiocie prawa niemieckiego dla Byszewa.

1. Nos itaque iustis, dignis et honestis peticionibus abbatis et conuentus Byszouiensis predictorum benigne aclinantes, predictum priuilegium cum omnibus clausulis in ipso contentis, ratum habentes, firmum atque gratum, innouamus, ratificamus et confirmamus, perpetuis temporibus duraturis. Harum nostrarum sub testimonio literarum, quibus sigillum est appensum. Actum in Bydgoscza in crastino beati Iohannis baptiste, sub anno Domini millesimo CCC. LXX° primo. Presentibus: Alberto palatino Cuyauie, Dobeslao castellano Cruswiciensi, Troyano subcamerario Cuyauie, Heberhardo dapifero Rippinensi, Iwone de Radomino marszalco curie nostre, Waszcone de Russinow et alijs multis fidedignis. Datum per manus Iacobi nostri vicecancellarij, canonici Plocensis et plebani Conynensis. Preterea, quod in fine ponitur, magne memorie hominum commendatur, prelibatis abbati et conuentui Byssouiensi pontem per fluuium Dbra in intermedio claustri et opidi Smecz predicti construendi damus plenam et omnimodam potestatem.

Oryginał pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 10 G), opatrzony jest małą pieczątką książęcą, okrągłą, z zielonego wosku, zawieszoną na sznurku z blado zielonego jedwabiu, która wyobraża w tarczy herb kujawski. Napis otokowy:

1372. 2/XII Wrocławek 95

Nos Sbiluthus Dei gracia Wladislauiensis ecclesie episcopus, vniuersis superstitibus tam presentibus, quam futuris presenti pagina publice profitemur et recognoscimus, a religioso viro domino Iohanne de Bissouia, priore, ordinis Cisterciensis, quandam ordinacionis literam inter nos ex vna et dominum .. abbatem et suum conuentum prefati cenoby super quibusdam decimis, videlicet in Zaduszniki et ad sanctum Gotardum in hospitali, parte ex altera habitam, nos actu recepisse et eciam habuisse. Quam ordinacionem ratam et gratam habentes, ipsam volumus necnon et ea, que in dicta ordinacionis litera continentur, inuiobiliter obseruare et tenere inconcusse. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est appensum presentibus. Actum et datum in Antiqua Wladislauia die crastino Omnium Sanctorum, anno Domini M°CCC° LXX° secundo. Presentibus honorabilibus ac discretis viris, dominis: Theodrico preposito, Iohanne archidiacono, Thomislao custode Crusuiciensi, magistro Mathia et Gamletho canonicis Wladislauiensibus, testibus ad premissa vocatis specialiter, cum ceteris pluribus fidedignis.

Oryginał pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 110), opatrzony jest pieczęcią, na pasku pargaminowym zawieszoną, której wycisk odpadł i zaginął.

IN nomine domini amen. Decet Excellenciam Principum
suorum subditorum comodis et vtilitatibus intendere, vt Dum
eorum profectibus inuigilent, ipsos in honoris sui promocione
et seruicijs senciant promciores. Nos igitur Ladislaus dei gra„
cia Dux Opoliensis, Dominus Welunensis et Russie, Ad per„
petuam rei memoriam Volumus deuenire, Quod inspectis
fidelibus obsequijs per franczconem de Marsowicz fidelem
nobis Dilectum exhibitis et adhuc futuris temporibus fide„
libus exhibendis, maturo nostrorum seniorum prehabito con„
silio Diligenti, de nostre largitatis munificencia eidem
franczconi et suis heredibus legittimis et successoribus vil„
lam nostram Dictam Nowosedlcze, sitam in districtu no„
stro Iarosslensi (!), cum omnibus et singulis suis pertinen„
cijs, Iuribus et Dominijs, vtilitatibus, vsufructibus, prouenti„
bus, censibus, redditibus et emolimentis, prout eadem villa
est suis metis et grenicijs limitata, cum agris cultis et in„
cultis et de nouo exstirpandis seu locandis, cum Siluis, Me„
ricis, Nemoribus, Rubetis, venacionibus, aucupacionibus, Mon„
tibus, Collibus, vallibus, planiciebus, Pratis, Pascuis, Aquis
aquarumque decursibus, piscinis, paludibus, stagnis, Pisca„
turis, Piscacionibus, Molendinis ceterisque omnibus adheren„
cijs suis et vtilitatibus prout nunc in dicta villa existentibus
uel temporibus successiuis ex eadem valentibus prouenire,
Damus, conferimus et donamus prenominato franczconi,
suis heredibus seu successoribus hereditarie Iure pheoda„
li ea libertate et consuetudine, qua ceteri Vasalli nostri
bona sua possident, perpetuis temporibus possidendam, te„
nendam, vendendam, alienandam, commutandam, donan„
dam, vtifruendam et in vsus suos beneplacitos seu necessa„
rijos conuertendam: Hoc tamen excluso, quod singuli kme„
thones dicte ville nobis et nostris successoribus de qualibet
Curia possessa singulis annis in festo beati Martini con„
fessoris Duos grossos Bohemicales soluere pro censu nostre
Camere sint astricti, Et quod dictus franczco aut sui here„
des uel successores de prefata villa cum vna hasta et vno
sagittario, cum armis bene preparatis in Equis valentibus
nobis aut nostris successoribus quocienscunque ad expedicio
nem in Terra nostra Russie vocatus fuerit, tenebitur deser„
uire. Promittimus insuper eidem franczconi et suis succes„
soribus, quod si captus uel capti fuerint sub nostro Banirio

-2-

in exercitu nostro, seu aliqua Dampna racionabilia in Equis interfectis perceperint uel perceperint ab hostibus nostris cum scitu nostri Capitanei, ipsum uel ipsos ab huiusmodi captiuitate, singulis dampnis taliter vt prescribitur restitutis, liberare. In cuius rei testimonium presentes scribi fecimus et nostri Sigilli maioris munimine roborari. Datum et actum in crastino sancte Lucie in Sanok, Anno Domini M° C.C.C° Septuagesimo secundo. Presentibus hijs testibus Strennuis Dominis: Strala de Rokicz palatino haliciensi, Merbotha de dronowicz, Chotkone de Rudcowicz, militibus, Petro Gumperli Capitaneo (1) nostro generali, Tescono dicto Redlo Capitaneo Cremicensi, Tencone palatino de Grodek et Domino Nicolao Mroczconis nostro Capellano, qui presencia habuit in comisso, et alijs quam plurimis nostris fidedignis.

Oryginał pargaminowy, przechowany w archiwum hr. Tarnowskich w Dzikowie. Na sznurku z zielonego, żółtego i różowego jedwabiu wisi majestatowa pieczęć ks. Władysława Opolskiego, w zwykłym wyciśnięta wosku, nieco uszkodzona, opatrzona odwrociem wyciśniętem w wosku ciemnozielonym. (Vossberg, Tab. 19, N. 74 i 75).

1373. Bydgostia

11/V

In nomine Domini amen. Suadet hoc nobis innata benignitas, ut religiosorum virorum comodis et profectibus ampliandis perspicere debeamus, ut per eum, per quem principamur et regimur in terris, facie ad faciem contemplari mereamur in celis. Ad perpetuam itaque rei memoriam Kazimirus Dei gracia dux Stetinensis, Dobrinensis, Bydgostiensis, Pomoranie, Slauie, Cassubie terrarum ac princeps Rugianorum, notum esse volumus tam presentibus, quam futuris, tenore presencium, quibus expedit, uniuersis, quod ob sincere deuocionis affectum, quem ad venerabilem ac religiosum virum dominum Iohannem diuina miseracione abbatem et ipsius conuentum domus de Byszouia, ordinis Cisterciensis, Wladislauiensis dyocesis, sincera mente gerimus et gerere volumus, quam diu nobis vita et salus militabunt, necnon ob salutem et in remedium clarissimorum principum dominorum: Kazimiri Dei gracia clare memorie olim regis Polonie, aui nostri predilecti, ac principum terre Cuyauie, nostrorum antecessorum dilectorum, memoratis abbati et conuentui domus Byssouiensis predicte omnia mellificia in bonis bonorum seu hereditatum ipsorum infrascriptorum, tam in pinis nunc excauatis aut excauandis, videlicet Scrodrzowo, Thencouadambroua, et Kneye, a via, que vocatur Chochelska droga in super-

1/

ficie montis Ossowa gora, ab Ossowa vero gora vsque in Przelayna gora et a Przelayna gora dimidium fluuium Obra vsque ad gades eorum videlicet Kneya inequidem mellificia kmethonis nostri de Bartodzeye tempore condam clarissimorum dominorum aui nostri et principum terre Cuyauie ~~nuo~~ inique in predictis bonis seu hereditatibus iam dictorum abbatis et conuentus domus Byssouiensis predicte pro se vsurpauerant et hactenus nostris temporibus vsurpauerunt, eorundem abbatis et conuentus domus Byssouiensis in preiudicium non modicum et iacturam. Volentesque inpiclicacionem (s). sepedictorum dominorum principum totis nostre intencionis viribus cauere, ut tenemur, ne eas, quod Deus auertat, obtuositas (s) occupet tenebrarum, predicta mellificia, sicuti paulo uice superius in metis suis et distinccionibus locorum sunt nominata, restituimus, damus, donamus, attribuimus, ascribimus et incorporamus perpetuis temporibus duraturis, nil iuris, dominij aut proprietatis eorundem mellificiorum in predictis bonis seu hereditatibus abbatis et conuentus de Byssouia predictorum, pro nobis aut nostris successoribus penitus reseruantes. Secus autem facturi, qui huiusmodi graciam nostre restitucionis prefatis abbati et conuentui domus Byssouiensis per nos facte, inpedire seu infringere voluerint, anathema Dei omnipotentis incurrant. Harum nostrarum sub testimonio literarum, quibus sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Bydgostia feria quarta post

/.


dominicam Jubilate sub anno Domini millesimo trecen-tesimo septuagesimo tercio. Presentibus: Troyano subcamerario Breslensi, Andrea Dobrinensi, Petro Ryppinensi castellanis, Valdcone de Waldowo, Crziwosandone subiudice, Iwone marsalcone, Iohanne cancellario, per cuius presens privilegium manus transivit et alijs multis fide dignis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 111) opatrzony jest wiszącą pieczęcią pieszą książęcą ze zwykłego wosku, na sznurku z blado zielonego jedwabiu zawieszoną, znacznie uszkodzoną, na której odwrociu małe contrasigillum herbowe z zielonego wosku.

[Między 1374 a 1400.]

In nomine Domini amen. Ad rei memoriam sempiternam. Boleslaus Dei gracia dux Mazouie etc. Vniuersis et singulis tam presentibus quam futuris, harum noticiam habituris, quibus expedit, tenore presencium significamus, quod cum nobilis Jo. alias Roman motus ira bonam famam nobilis Mathie de S. denigrasset, asserens ipsum non fore nobilem nec de nobili genere fuisse procreatum, tandem idem Mathias huiusmodi infamiam non valens tollerare, sed pocius sui generis nobilitatem et honorem volens racionabiliter defensare, nobis humillimis precibus supplicauit instanter, quatenus ipsum ad probandum sui generis nobilitatem admittere dignemini. Cuius quidem peticionem racioni fore consonam attendentes, ipsum ad declarandum et probandum generis sui nobilitatem admisimus. Qui quidem Mathias literam expurgacionis suorum predecessorum sub tytulo nobilium Gothardi iudicis et Petri subiudicis olim Plocensium in vim probande sue nobilitatis coram nobis produxit. Nos vero hys non contenti ad clariorem ipsius Mathie expurgacionem cum Dominis nostris adiudicauimus, vt ipse Mathias suorum propinquorum testimonio mediante famam suam expurgaret et nobilitatem sui generis approbaret. Prefatus vero Mathias de armis proprijs seu cleynodio Schokolya vulgariter nominato S. J. C. M. G. et H. suos propinquos et heredes de K. viros nobiles et fidedignos in testes nominauit et produxit. Quiquidem omnes et singuli die et loco ipsis deputatis iuramento ipsorum corporali iuxta consuetudinem terre nostre prenominatum Mathiam fore et esse nobilem et ex parentibus nobilibus legittime deriuatum seu procreatum de armis seu cleynodio ipsorum Socolya sollempniter probauerunt. Quorum testimonio sollempni rite admisso, dictum Mathiam sic ut predicitur ex nobili genere fuisse et esse procreatum, recipientes ipsum cum suis pueris legittimis et fratribus exnunc prout extunc et extunc prout exnunc nobiles fore et esse pronunciamus et sollempniter declaramus. Harum quibus sigillum nostrum maius de nostra certa sciencia presentibus est appensum testimonio literarum. Actum et datum anno etc. Presentibus etc. Scriptum etc.

Ms. Bibl. Kórn. B.K. 194. II. 68. str. 345.



1375. 7/I Avinion

Gregorius (XI p. m.) conservatoribus iurium monasterii Bys-sowiensis: episcopo Culmensi, abbati monasterii sancti Adal-berti Ploceensis et abbati monasterii Pelplinensis mandat, ut ab eodem monasterio illicite alienata, monasterio ei-dem restitui procurent. Avinione VII Idus Ianuarii, pontificatus anno quarto.

Oryginał pargaminowy, przechowany w archiwum rzą-dowem w Poznaniu (Coronowo N. 112), opatrzony jest ołowianą bullą papieża Grzegorza XI, zawieszoną na szarym konopnym sznurku.

In nomine Domini amen. Cūm bene sibi prospiciat in fūtūrūm, qūi ante iūdiciūm jūsticiam preparat,

1375. 28/V Bydgoszcz

Nos Albertus palatinus, Hector iudex Cuyauienses, Iwo marschallus serenissimi principis domini Kazimiri ducis Dobrinensis et Ianussius capitaneus Bidgostiensis, concorditer et spontanee electi arbitri, arbitratores seu amicabiles compositores a venerabili et religioso viro, fratre Iohanne abbate Bissouiensi et a suo conuentu, ex vna, necnon a honesta domina Eduugis relicta quondam Hectoris heredis de Zadusszniki, et Nicolao, Grzimkone, Iohanne et Swanthopelcone natis ipsius domine, heredibus ibidem in Zadusszniki, ac Stosszone herede de Vitkouice, fratre dicte relicte vterino, parte ex altera, super lite et controuersia, que inter eos coram reuerendo in Christo patre et domino, domino Sbilutho Dei gracia episcopo Wladislauiensi, diucius occasione decimarum, videlicet in Zadusszniki et duplici hospitali vertebatur, diligenter et studiose visis, auditis, intellectis et examinatis parcium iuribus, declaracione nobiscum et cum aliis nobilibus, nobis tunc assistentibus, prehabita diligenti, pro bono pacis et concordie, ex vigore compromissi, Christi nomine inuocato ordinamus, laudamus, arbitramus, diffinimus, dicimus atque precipimus, quod dictus dominus abbas vna cum dicto suo conuentu memoratas decimas, videlicet in Zadusszniki per quatuor scotos de quolibet manso Thorunienses, et in maiori hospitali per quatuor mensuras frumenti, scilicet duas siliginis,

vnam mensuram tritici et vnam auene per familiares seu
nuncios proprios recollectas, per tres annos a data presen-
cium computandos, annum presentem sumendo inclusiue,
in festo beati Martini episcopi et confessoris prefatis here-
dibus in Zadusszniki debebit presentare; quibus autem
tribus annis elapsis memorate decime ad iamdictum do-
minum abbatem et ipsius conuentum libere et absque omni
impedimento heredum predictorum reuertentur, cum alias
de iure et de facto ad monasterium Bissouiense pertine-
bant. Porro spe amicabilis vnionis et concordie durature
indulgemus eciam et tollimus expensas et percepta, que taxa-
uimus et taxamus ad ducentas marcas Thorunenses, predictis
heredibus in Zadusszniki, per ipsos heredes in predictis deci-
mis octo annis preteritis leuata, tali condicione interiecta,
ita quod si nominati heredes in Zadusszniki et eorum suc-
cessores legittimj, quod non credimus, dicto nostro laudo
seu arbitrio contrauenirent in aliquo, nec seruarent, prout
nobis manu communi et in solidum mente expressa cuiuslibet
seruare inuiolabiliter sub omni rerum ipsorum mobilium
et immobilium obligacione promiserunt, extunc ante omnia
predicti heredes in Zadusszniki et Vilkouice supradicto do-
mino abbati et suo conuentui predictas ducentas marcas Tho-
runenses racione dictarum expensarum et perceptorum de-
bent soluere integraliter et ex toto. Alioquin si secus facerent,
nec prefatas ducentas marcas infra octo dies, monicione
dicti domini abbatis et sui conuentus ipsis heredibus premis-
sa contumaciter exsoluerent, prout se coram nobis arbitris su-
pradictis spontanee obligarunt, extunc sepedicti heredes et

./. ipsorum posteri in sentencias predicti domini episcopi hacte-
nus pro iamdictis decimis in eos latas, videlicet excommu-
nicacionis et aggrauacionis, necnon ecclesie parochiales ibi-
dem in Zaduszniki et in hospitali in sentenciam interdic-
ti debent reincidi et relabi; et tamdiu in eisdem teneri et ser-
uari sentencijs, donec predicto domino abbati Bissouiensi et
suo conuentui de premissa pecunia ducentarum marca-
rum Thoruniensium, necnon (xxxxx) dampnis et interesse ad
plenum fuerit satisfactum iuxta obligacionem spontaneam,
ut prefertur, heredum premissorum. In cuius rei testimonium
et ad euidenciam pleniorem sigilla nostra presentibus sunt ap-
pensa. Actum, datum et pronunciatum est hoc arbitrium seu
laudum feria secunda ante festum Ascensionis Domini, in
Bidgostia, anno eiusdem millesimo trecentesimo septua-
gesimo quinto. Presentibus nobilibus et discretis viris, domi-
nis: Johanne cancellario dicti domini ducis, plebano de
Vyszegrod, Crzivosandone subiudice, Viskone subpincerna
Bidgostiensibus, de Neczesowo et de Gancze heredibus,
necnon Budkone de Virzchocino, Pascone de Zwynowo,
heredibus et Johanne aduocato Bidgostiensi, testibus ad
premissa vocatis specialiter et rogatis.

Dokument pergaminowy, przechowany w archiwum rządo-
wem w Poznaniu (Coronowo N. 113), opatrzony jest cztere-
ma małemi pieczęciami ze zwykłego wosku, zawieszonemi
na paskach pergaminowych. Pierwsza wyobraża herb Leszczyc;
napis dokoła zupełnie zniszczony;
druga również herb Leszczyc; napis dokoła:

+ S·HECTORIS·D·PACOS

x) trzecia herb Roch; napis otokowy: SIWORIS ... EPE ...

czwarty dwa rogi bawole bliźnie; napis otokowy niedoodczytania.

1375.

28/V Bydgoszcz

Nos domina Hedwigis relicta quondam Hectoris de Laduszniki, necnon Nicolaus, Grzymco, Iohannes et Swantoslaus nati dicte domine, et Sosso de Wilkowice eiusdem domine frater uterinus, universis et singulis, quorum interest, seu qui sua putaverint interesse, ad perpetuam rei memoriam publice et expresse promittimus bona fide et sancta intencione, manu communi et in solidum omnia et singula inter nos ab una, et venerabilem ac religiosum virum, fratrem Iohannem abbatem Bissoviensem et suum conventum parte ab altera, per nobiles et strenuos milites ac dominos Albertum palatinum, Hectorem iudicem Cuiavienses, Swonem mareschalcum serenissimi principis, domini Casimiri ducis Dobrinensis et Ianusconem capitaneum Bidgostiensem, nostros arbitros, fideles mediatores et amicabiles compositores ordinata, laudata, pronunciata, definita et arbitrata super decimis in Laduszniki et bino Hospitali, villis nostris seu hereditatibus pro dicto domino abbate et suo conventu elapsis tribus annis a data presencium immediate subsequentibus obligan. videlicet in festo beati Martini episcopi et confessoris annis singulis in Laduszniki de quolibet manso per quatuor scotos Thorunenses et in maiori Hospitali per duas mensuras eciam de quolibet manso siliginis et per unam mensuram tritici et secundam avene firmiter tenere et inviolabiliter observare, sub omnium rerum nostrarum mobilium et immobilium hypotheca; alioquin, si, quod absit, nos predicti heredes vel quispiam nostrum predicta omnia, per dictos arbitros ordinata, vel prefertur, et laudata, iuxta tenorem arbitrij seu laudi, inde confecti, non servaret, seu in aliquo contrairet, ex-

./. tunc ad ducentas marcas Thorunenses racione expensarum ac percep-
torum soluendas predicto domino abbati et suo conuentui infra octo
dies, monicione nobis uel cuilibet nostrum facta per dictum do-
minum abbatem uel suum conuentum nos presentibus obligamus,
et nichilominus in sentencias excommunicacionis et aggrauacionis
reuerendi in Christo patris et domini, domini Sbibri episcopi Wla-
dislauiensis in nos hactenus latas propter decimas supradictas vo-
lumus reincidi et relabi. In quibus sentencijs eciam volumus tamdiu
teneri et seruari, ac nostri successores legittimi, necnon et ecclesias
nostras parochiales ibidem in Zaduszniki et in Hospitali ecclesiastico
interdicto subijci, prout alias ex causa predicta decimarum erant
subiecta, donec de prefatis ducentis marcis memorato domino abbati
et suo conuentui per nos seu quemlibet nostrum integraliter fuerit sa-
tisfactum. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt
appensa. Actum et datum in Bidgostia feria secunda ante festum
Ascensionis Domini, anno eiusdem MCCCLXXV. Presentibus no-
bilibus et discretis viris: domino Iohanne cancellario dicti domini
ducis, Crziuosandone subiudice Bidgosciensi, herede de Wecerzewo,
Budkone de Wierzchocino, et Viscone subpincerna Bidgosciensi,
de Gandcze heredibus, testibus ad premissa, cum ceteris pluribus fide-
dignis.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo
str. 133.

~~In nomine Domini amen. Dignum et laudabile omnimode reputamus, ut hij amplioribus beneficijs honorentur, quibus ad hoc propria merita suffragantur. Nouerint igitur vniuersi, presentes literas inspecturi, quod nos Andreas Dei gracia Po-znaniensis episcopus~~

1309.

1376. s. d. Bydgoszcz

In Christi nomine amen. Nos Iohannes Dobrinensis et Bydgosciensis terrarum capitaneus, constare cupimus vniuersis et singulis, presencium noticiam habituris, quod ad nostram plurimorumque terre nobilium veniens presenciam nobilis vir, Nicolaus verus heres de Nakle, vna cum filio suo Thoma, coram nobis et multis fidedignis publice sunt protestati, quod non compulsi, non coacti, nec alicuius erroris vicio decepti, sed de ipsorum bona spontanea voluntate quoddam pratum ipsorum, situm in districtu Bydgosciensi, iacens circa riuulum, Kothomersznicza vulgariter nuncupatum, ex integro, sicut cum litore in suis limitacionibus est limitatum, religiosis viris, domino Iohanni abbati suoque conuentui de Byssouia, ordinis Cysterciensis, Wladislauiensis dyocesis, pro quadraginta marcis grossorum hereditarie et inperpetuum vendiderunt et coram nobis secundum terre consuetudines et statuta resignauerunt, tenendam, habendam, possidendam, vendendam, commutandam, donandam et alioquouis modo alienandam, necnon pro ipsorum voluntate conuertendam, prout memorato domino abbati et suo conuentui melius et vtilius videbitur expedire. Et nichilominus si fortasse, quod absit, aliquis dictum dominum Iohannem abbatem et suum conuentum in predicto prato infra spacium trium

annorum impedire vel impetere vellet seu attemptare presumeret aliquouismodo, prelibatus Nicolaus heres de Nakle et suus filius Thomas absque omni simulacionis dolo et qualibet fraude promiserunt stare pro omni euiccione, sicut moris est et hoc in fide data, abrenunciantes omni iuri et iurisdicioni, que eis in predicto prato competere videbatur. In cuius rei perpetuam memoriam et ad euidenciam pleniorem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Bydgosczia sub anno a Natiuitate Domini M^mo^ CCC^mo^ septuagesimo sexto.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 117), opatrzony był niegdy jedną pieczęcią, po której tylko pasek pargaminowy pozostał.

1376. 28/IV Bydgoszcz

Nos Iohannes capitaneus Dobrinensis et Bydgostensis constare cupimus universis per presentes, quod ad presenciam nostram veniens nobilis vir Neproch, heres de Magno Jesczino, coram nobis et multis alijs fidelibus fidedignis est protestatus, quod pratum suum iacens circa riuulum Kolhomersmcra nuncupatum, religiosis viris domino Iohanni abbati suoque conuentui de Byssouia ordinis Cysterciensis, pro sex marcis ad quatuor annos obligauit, incipiendo ab anno Domini M° CCC° LXX septimo: tali condicione, quod exspiratis quatuor annis si predictum pratum redemerit, tunc in quinto anno medietas graminum eiusdem prati ad ipsum heredem et alia medietas ad dictum dominum abbatem et suum conuentum debeat pertinere. Si vero non redimeret, tunc predictus dominus abbas et suus conuentus supradictum pratum tam diu, quousque predictam pecuniam totaliter persoluerit, pro se et vtilitate monasterij ipsorum debent reseruare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Bydgost anno Domini M° CCC° LXX sexto, in die beati Vitalis martiris. Presentibus hijs testibus: Wenczelao herede de Jesczino, Tesko et Gneuomiros heredibus de Trocznin, Paulo de Nakle heredi et alijs multis fidelibus fidedignis.

Oryginał pargaminowy, przechowany w archiwum rządo-
wem w Poznaniu (Coronowo N. 114), opatrzony jest małą
okrągłą pieczątką, zawieszoną na pasku pargaminowym. Wy-
cisk tej pieczęci z zielonego wosku, wykruszony.

1376. Byssovia

21/XII

In nomine Domini amen. Quod principum fieri decrevit auctoritas, ratum atque stabile debet perpetuo permanere. Proinde nos Kazimirus Dei gracia dux Stetinensis, Dobrinensis, Bydgostiensis, Pomoranie, Slavie, Cassubie, terrarum ac princeps Rugianorum, ad noticiam universorum, tam presencium, quam futurorum volumus pervenire, quod venientes ad nostram plurimorumque baronum nostrorum presenciam nobiles viri Nicolaus una cum filio ipsius Thoma, heredes de Naklo, non compulsi, non coacti, nec aliqua fraude aut spe(cie) dolositatis seducti, sed bona deliberacione suorum amicorum super eo habita, venerabili in Christo patri, domino Iohanni abbati suoque conventui Byssoviensi quoddam pratum ipsorum, situm in districtu Bydgostiensi, iacens circa rivulum Cholomerznicza wlgariter nuncupatum ex integro, sicut in suis limitacionibus est limitatum, pro triginta marcis grossorum Pragensium iure hereditario tytuloque proprietatis cum omni iure et dominio, sicuti soli tenuerunt, nil ipsis et eorum successoribus in dicto prato penitus reservantes, vendiderunt, contulerunt, ascripserunt et resignaverunt perpetuis temporibus prefatum pratum libere et pacifice tenendum, habendum et quiete possidendum, necnon vendendum, donandum, commutandum, obligandum, secundum quod dicto domino abba-

ti et ipsius conuentui Byssouiensi melius et utilius vide-
bitur expedire. Et nichilominus, si forsasse, quod absit,
aliquis dictum dominum abbatem et suum conuentum
Byssouiensem in dicto prato impedire aut attemptare
voluerit, tunc dictus Nicolaus cum filio suo Thoma,
heredes de Natla, dominum abbatem et suum conuen-
tum ab omni impedimento infra spacium trium an-
norum pro prefato dampno, quod in predicto prato per-
cipere deberet, protegere et defensare sint astricti omni
occasione proculmota. Ut autem hec vendicio et resigna-
cio robur obtineat perpetue firmitatis, presens priuilegium
per Iohannem cancellarium nostrum Bydgostiensem
scribi et eidem domino abbati dari mandauimus, nostri
sigilli munimine roboratum. Actum et datum in Byssouia
in die beati Thome apostoli, sub anno Domini M°CCC°
LXX° sexto. Presentibus honorabilibus et nobilibus viris:
Theodrico preposito Wladislauiensi, Alberto palatino
Brestensi, Wasstone vexillifero Bydgostiensi, Iacobo vice-
thesaurario, Ianussio capitaneo Dobrinensi et Bydgostiensi,
Iwone de Radomino marsalcone curie nostre et alijs multis
fidedignis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum
rządowem w Poznaniu (Coronowo N. 116) opatrzony
jest jedną małą pieczęcią, zawieszoną na sznurku z zielo-
nego i wiśniowego jedwabiu, która odcisk wykruszył się.

Kłodawa 107

Cracoviae 1377 d. 1 m. Januarii

Elisabeth Ungariae et Poloniae regina ~~Joanni~~ Andreae rectori ecclesiae Clodaviensis praedium quoddam donat. Arch. 91./385.

1377.

In nomine domini amen. Quia dignum est ut ea que geruntur in tempore ne simul cum tempore evanescant literarum apicibus cum annotacione testium debeant, prout sapientum santxcit authoritas posterorum noticie commendari, hinc est quod nos Elizabet dei gracia Senior Regina Ungarie et Polonie ad universorum noticiam tam presencium quam futurorum volumus devenire, quod cum reverendus in Christo pater dominus Andreas Episcopus Crecensis capellanus noster in Christo devotus, confessorque quondam Illustrissimi principis domini Cazimiri Regis Polonie fratris nostri charissimi, tunc Rector ecclesie Klodaviensis existens, pro quodam manso qui dicitur vulgari nomine Rozniathowski de quo dominus Joannes, rector ecclesie Clodaviensis nostris antecessoribus et nobis annis singulis fertonem persolvebat et horto penes hortum eiusdem ecclesie Clodaviensis adiacente, de quo grossus solvebatur, nobis humiliter supplicasset, ut sibi et sue ecclesie Clodaviensi mansum memoratum et hortum dicte ecclesie adiacentem ob remedium nostre et nostri filii charissimi domini Ludovici salutem et refrigerium anime Illustrissimi Principis domini Cazimiri fratris nostri pie recordacionis Regis Polonie illustris, ad honorem sancti Egidii gloriosi confessoris prefate ecclesie Clodaviensis

Kujawski

patroni et ad ipsam Ecclesiam dare et assignare perpetuo misericorditer dignaremur. Nos vero suis peticionibus pie et benigne annuentes prefatum mansum et hortum sibi et sue ecclesie predicte ac suis successoribus ob remedium nostre et nostri filie charissimi Ludovici salutem et refrigerium anime Illustrissimi Principis domini Cazimiri prefacti assignamus, conferimus damus et donamus eternis singulis (?) perpetue duraturis. Facientes ipsos mansum et hortum ab omnibus solucionibus expedicionibus, exactionibus, laboribus et angariis universis quibuscunque nominibus censeantur liberos et solutos. tali tamen condicione interclusa, quod rector ecclesie nominate et quolibet successor ipsius qui pro tempore fuerit pro anima domini Cazimiri fratris nostri memorati aniversarium facere debeant, quod singulis annis simul (?) in anno vigilias novem lectionum et voce missam defunctorum decantabit. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum et actum Cracovie die circumcisionis domini per manus honorabilis viri

domini Zavissii cancellarii nostri Cracoviensis
sub anno domini Millesimo trecentesimo septuagesimo septimo. Presentibus iis strennuis et nobilibus
viris Crestao Castellano Sandecensi
Andrea Subiudice Cracoviensi
Jankone Czarnowski Navogio herede.
de Swedlisseuzicze
Zavissio Castellano Bneziensi
Michalkone et Nicolao Canonicis
ac aliis quampluribus fidedignis.

1377. 9/V Raciąż

In nomine Domini amen. Cum coram nobis Sbilutho Dei gracia episcopo ecclesie Wladislauiensis inter honorabilem et religiosum virum, fratrem Iohannem prepositum sanctimonialium de Strelin, ordinis Premonstratensis, ex vna, ac honorabilem et discretum virum, dominum Iohannem de Gnoyna canonicum Wladislauiensem et Crusuiciensem, parte ex altera, super quadam decima campestri in villa dicta Zegocice orta fuisset materia questionis, tandem peticione pro parte dicti domini Iohannis de Gnoyna in medium producta, responsioneque per dictum prepositum habita ad eandem, testes vtriusque partis coram nobis in iudicium sunt producti. Quibus vero iuratis et examinatis diligenter, auditis insuper excepcionibus et allegacionibus, ac alijs, que dicte partes hincinde proponere voluissent, renunciatis autem probacionibus et testibus producendis ac allegacionibus huiusmodi faciendis, partes vtreque presentes sentenciam cum instancia debita postularunt. Peticione igitur et responsione dictarum parcium cognitis et perspectis insuper attestacionibus testium predictorum, ac excepcionibus et allegacionibus propositis coram nobis, plenius intellectis, communicato demum consilio sapientum ac deliberacione nobiscum habita diligenti, Christi nomine inuocato, pro tribunali sedentes, quia dictum prepositum sanctimonialium de Strelin suam intencionem de et super dicta decima ibidem in Zegocice sibi debita, de et

in agris duntaxat, quos nobiles viri Swanthomirus et Bogumilus fratres germani, inibi heredes, colunt, iure hereditario et iusto tytulo patrimonij ipsos contingentes, sufficienter invenimus coram nobis in iudicio comprobasse, eandem decimam prefato preposito sanctimonialium de Strelin et dicto suo monasterio in dictis heredibus et agris ipsorum, ut premittitur, de iure debere et habere adiudicavimus et adiudicamus sentencialiter in hijs scriptis: exceptis solummodo agris illis, quos dicti heredes vel eorum successores ibidem in Zegocice nomine obligacionis seu in obligacione sive perpetua vendicione tenerent et haberent seu tenebunt et habebunt imposterum, de quibus agris non alteri, nisi dicto domino Iohanni de Gnoyna vel successori ipsius, qui pro tempore fuerit, racione canonicatus et prebende Cruswiciensis decimabunt. Lecta et lata est hec sentencia in castro nostro Raczens IX die mensis Maij, anno Domini millesimo CCC° LXX° septimo, nostro sub appenso sigillo. Presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis: Iohanne archidiacono et canonico, Nicolao de Chrobrza et Iarando canonicis Wladislawiensibus, necnon Iaroslao de Biczina plebano et canonico Cruswiciensi cum ceteris fidedignis.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Strzelno N. 33) opatrzony jest niewielką okrągłą pieczątką ze zwykłego wosku, zawieszoną na pasku pargaminowym, która wyobraża pod gotyckiem podniebiem, wspartem na słupkach, biskupa in pontificalibus w siedzącej postawie z pastorałem w lewej, prawą wzniesioną do błogosławieństwa. U podnóża w tarczy herb Pałuka.

Napis otokowy: S SBILVTI · EPI WLADISLAVIENS.

In nomine Domini amen. Nos Nicolaus sanctimonialium preposi-
tus in Culmine, Culmensis diocesis, iudex subdelegatus, ad vniuer-
sorum superstitum, tam presencium, quam futurorum noticiam
volumus peruenire, quod cum nobilis vir, dominus Taszko dictus
Tstebka, heres de Iwanielno, venerabilis Iohannes rector ecclesie
parochialis ibidem ac incole seu rustici omnes et singuli de villa
dicta Swiniarzewo, Gneznensis diocesis, vigore literarum nostrarum
imo pocius apostolicarum, per certos executores ad instanciam vene-
rabilis et religiosi viri, fratris Iohannis abbatis Bissouiensis, ordinis
Cisterciensium, Wladislauiensis diocesis et sui conuentus legitime et
peremptorie citati super quadam decima pecuniali ibidem in Swinia-
rzewo, ipsi domino abbati et suo conuentui debita, comparuissent co-
ram nobis, illico concordarunt modo infrascripto, ita, quod prefati in-
cole seu rustici de Swiniarzewo memorato domino abbati et suo conuen-
tui dictam decimam a data presencium annis singulis in festo b. Mar-
tini episcopi et confessoris per sex grossos de quolibet manso, quotquot in-
ibi locati sunt, dare et soluere tenebuntur. Verum quia spe amicicie
specialis, quamuis dictus dominus abbas consideracione dicti heredis
solucionem decime huiusmodi de anno preterito memoratis rusticis
indulsisset et pepercit, tamen pro anno presenti ijdem rustici tan-
tum de decem mansis in festo Natiuitatis Christi proxime af-
futuro eandem decimam similiter per sex grossos eidem dicto do-
mino abbati persoluent. In casu autem, vbi predictus dominus
Taszko heres de Iwanielno, vltra dictos decem mansos in ali-
quo rusticorum de Swiniarzewo premissorum, censum suum exe-
gerit seu leuauerit, ille rusticus eciam dicto domino abbati de

eodem manso decimabit modo premisso. Sin autem quispiam, quod absit, rusticorum seu incolarum predictorum in solvenda dicta decima pro anno presenti negligens et rebellis inventus fuerit, ex-tunc iuxta mandatum et preceptum dicti domini Iasconis here-dis de Wanuelno coram nobis protunc Mathie sculteto de Swi-marzewo iniunctum, idem scultetus cuiusvis dictam decimam non solventis rusticorum premissorum pignus dicto domino ab-bati presentabit, omni contradiccione cessante. Quam vero concor-diam seu amicabilem composicionem nos prefatus iudex ad peticio-nem parcium premissarum ratam et gratam habentes, presenti scrip-to vna cum appensione nostri sigilli et subscripcione publici nota-rii infrascripti confirmamus. Acta sunt hec anno Domini M CCC LXXVII, indiccione XV, die III mensis decembris, hora quasi vespe-rorum, in domo habitacionis domini iudicis prelibati. Presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis: Iohanne archidiacono Vladislaviensi, Nicolao Scost, Iohanne Blumink, Nicolao Czaygik, presbyteris de Culmine, Culmensis diocesis ac Nicolao plebano de Taniszow et Iohanne Zedelnik advocato Culmensi cum ceteris pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis specialiter et ro-gatis. Et ego Petrus quondam Iacobi de Swiecie clericus Vladi-slaviensis, publicus imperiali auctoritate notarius, omnibus et singulis premissis, dum sic fierent et agerentur, vnacum predictis testibus interfui, ipsaque sic fieri vidi et audivi et in hanc publi-cam formam redegi, meisque signo et nomine solitis vnacum ap-pensione sigilli dicti domini iudicis consignavi in testimonium omnium premissorum.

Liber privilegiorum monasterii de Koronowo, str. 137,
(Archiwum rządowe w Poznaniu).

1378 [20. IV, Visegrad.] 112

Ludovicus Dei gratia Ungariae, Poloniae, Dalmatiae, Croatiae, Ramae, Serviae, Galliciae, Ladomeriae, Comaniae, Bulgariaeque Rex, Princeps Salernitanus ac honoris Montis Sancti Angeli Dominus, egregio viro Arcoano de Buzza charenis Poetavo, Militi nostro dilecto salutem et gratiam. Libenti et grato animo, illos nostri honoris titulis exaltamus, quos ad Militiae decus ereximus suorum ex ingentia meritorum et potissimum, quos amico nostro carissimo Magnifico Domino Francisco de Carraria Heroj Patavi sanguine cognoscimus esse iunctos. Tunc enim gaudium ingens evenit Nobis, tunc Dignitas Nostrae Maiestatis accrescit cum honorum nostrorum tales reddimus non expertes: hinc est, quod in animo nostro meditatione diutina revolventes, quem tibi per Maiestatem Nostram Militiae Titulis decorato hinc possemus debitum honorem addicere, inter multas celebres Nobis cogitationes occurrit, Te qui fidei debito ex Militia nobis astringeris Arme insigni spectaculo, quo Domus Cracoviae, unde ducere originem materno sanguine Nos cognoscimus, ut Militiae cingulo insignitus spectabilis tali insigni Arme spectaculo nosceris. Quare tibi singulari Nobis charitate coniuncto, et legitimis successoribus tuis

natis ex te, matrimonio legiptimo et etiam nascituris Arme ipsius insigne spectaculum damus, concedimus, donamus, et ex liberalitate Nostra Regia elargimur. Itaque tu et successores tui legiptimi, ut est dictum, ipsa Arma inferius depicta scilicet, Aquilam Flavam arectam cum alis expansis, et cauda pertensa cum nodo croceo, et similiter cum pedibus et rostro ac diademate croceis in campo ruffo ferre possitis, atque uti in anulis sigillis, supra vestibus, atque parmis et vexillis, et quovis alio modo sculpendum pingendum domi atque militiae pro tuo et tuorum beneplacito voluntatis absque alicuius Domus, et Baronum nostrorum Poloniae sive Cracoviae contradictione, impedimento, sive molestia aliquali praesentium sub Maiestatis Nostrae sigillo, Testimonio Litterarum Visegrad, vigesimo Die Mensis Aprilis Indictione prima, Anno Domini 1378.

(1352.) 1378. 13/VI Strelno

Nos Iohannes Dei paciencia prepositus monasterij et conventus sanctimonialium sancte Trinitatis de Strelna, ordinis Premonstratensis, Wladislauiensis dyocesis, notum facimus vniuersis, quod ad nostram nostrarumque sororum, videlicet Przibislauam priorissam, Dobeslauam subpriorissam, Dobroslam circatricem, Vzannam custodem, Swantoslauam succentricem accedentes presenciam probi viri, fratres germani Andreas, Laurencius, Swantoslaus, Nicolaus, Mathias, olym sculteti de villa monasterij nostri, dicta Belsko, vendicionis tytulo pro triginta marcis grossorum sculteciam in predicta villa seu hereditate Belsko, non coacti nec decepti, sed matura deliberacione animi, honestis viris Swantoslao duas et Marcussio terciam partem scultecie predicte resignauerunt et contulerunt cum omni iure et dominio, quod ipsi in predicta sculltecia habere noscebantur, nichil pro se ac suis successoribus iuris penitus reseruando: dantes et offerentes eisdem Swanthoslao et Marcussio primordiale priuilegium honorabilis viri et religiosi fratris, domini Bogussij predecessoris nostri, sigillo ipsius et conuentus nostri consignatam, cuius tenor legitur in hec verba.

Następuje dokument z r. 1352.

7. Nos igitur Iohannes prepositus predictus attendentes resignacionem predictam racioni consonam, ipsamque ratam et gratam habentes, sculteciam predictam in villa dicta Belsko dictis fratribus Swantoslao et Marcussio confirmavimus et confirmamus, dantes eis presentem nostram literam, sigillo nostro et nostri conventus consignatam. Datum Strelno die sancte Trinitatis, anno Domini M° CCC° LXX° octavo, presentibus dominis et fratribus nostris: Petro Rulkonis, Iohanne Leonis, Paulo de Nissa et aliis fidedignis.

Dokument pargaminowy, mocno zniszczony, przechowany w archiwum rządowem w Poznaniu (Strzelno N. 34), opatrzony jest dwiema podłużowatemi pieczęciami z zielonego wosku, zawieszonemi na sznurkach z zielonego i różowego jedwabiu. Pierwsza wyobraża pod gotyckiem podniebiem Matkę Boską z dzieciątkiem w stojącej postawie. Napis otokowy:

S prepositi monasterij . . . .

Druga wyobraża nad gotycką przełęczą popiersie jakiegoś świętego i 2 aniołki u góry i poniżej przełęczy klęcząca i modląca się osoba. Napis otokowy:

✠ S CONVENTUS ECCE STERLENSIS.

1379. [30.V, Cracoviae.]

Nos Dragomirus iudex et Andreas subiudex terre Cracouiensis generales, notum facimus, quibus expedit, vniuersis, presentem literam inspecturis, quomodo cum pro tribunali sedebamus, accedens ad nostram assessorumque nostrorum presenciam generosa Anna de Zwinice, Stephani castellani Woinicensis vidua derelicta, non compulsa, nec coacta, nec aliquo dolo circumuenta, sed de bona ipsius voluntate consilioque amicorum suorum prehabito, recognouit, quod de omni iure et dominio, quod habet vigore iuris sui reformatorij in villa Brzezie, ad eamque pertinentibus, condescendit in generosum Iohannem nepotem suum, summamque centum marcarum pecunie racione post eandem percepte dotis a prefato marito suo in iisdem bonis inscriptam et reformatam, eidem Iohanni nepoti suo eiusque successoribus dat, donat et inscribit perpetue et irreuocabiliter. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus duximus appendenda. Actum et datum Cracouie tempore colloquij, feria secunda proxima post festum sancte Trinitatis, anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono, presentibus suis (!) dominis: Iohanne dapifero, Mszcziuio succamerario, Ysscone venatore Cracouiensibus, Iohanne palatino Lanciciensi, Clemente Sendomiriensi, Iohanne Woinicensi castellanis, et alijs multis personis fidedignis.

Oryginał opatrzony był niegdy dwiema wiszącemi pieczęciami. Lib. terr. Crac. 135 p. 689.



1380. S. d. Strelno

Noverint universi, presencium tenorem inspecturi, quod nos Albertus palatinus Cuyavie, heres de Lapidea ecclesia, in presenti publice fatemur, protestando, nos fecisse concordiam et unionem necnon amicabilem composicionem inter strenuum militem, dominum Petrassium capitaneum Cuyavie, heredem de Chaloszicza, et religiosum virum dominum Iohannem prepositum Strelnensem, Premonstratensis ordinis et fratres sui monasterij pro rebus ac bonis eiusdem domini prepositi et sui monasterij receptis et ablatis. Cuius concordie, unionis et composicionis forma sequitur per hec verba, quod dominus capitaneus predictus eidem domino preposito et suo monasterio omnia ac singula pecora, pecudes, frumenta et pecunie cum alijs ceteris rebus receptis communiter vel divisim infra quingenam post adventum a domino rege nunc proximum, sine fraude et dolo restituere habeat plenarie et ex toto, et ipsum dominum prepositum et suum monasterium circa iura pristina et consueta, prout in eijsdem privilegijs tenentur, conservare habeat favorabiliter et benigne. Attamen quidquid domini archiepiscopus, episcopi, prelati, canonici et ceteri religiosi fecerint, ipse facere non desistat. Insuper post eundem a rege suum adventum granicias sive metas eodem modo in borra sua habeat limitare; interim quandO non fecerit, Tenko burgrabius Cruszwiciensis suo sub

i.

/ intuitu (?) omnibus ac singulis kmetonibus borram intra-re inhibendo tenetur firmiter et districte. Vt autem hec concordia, vnio et amicabilis composicio, per prefatum dominum palatinum facta, robor firmitatis, certitudinis et credencie obtineant, Dirslaus burgrabius Bresteensis, heres de Koszuchowicz et Tenko burgrabius Cruszuiciensis, heres de Naczinszlaszky eorum sub honore pomine cau-cionis et fideiussionis existunt obligati, quorum sigilla in testimonium et euidenciam firmiorem presentibus sunt appensa. Datum Strelno anno Domini M° CCC^mo^ LXXX^mo^. Presentibus honorabilibus et discretis dominis: Thoma priore apud sanctum Spiritum in Brest, Jacobo plebano de Cowa-le, Gneuemiro de Lyspna, Albertus de Arnoltowicz ac alijs plurimis fidedignis testibus ad premissa.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum rzą-dowem w Poznaniu (Strzelno N. 35) opatrzony jest dwie-ma małemi pieczęciami ze zwykłego wosku, zawieszonemi na paskach pargaminowych, z których pierwsza herb Bogorya, druga herb Grzymała przedstawia. Napisy otokowe nieczytelne.

1385. torun 9/VIII

In nomine Domini amen. Nos Bodzantha Dei gracia sancte Gneznensis ecclesie archiepiscopus, significamus tam presentibus, quam futuris, quibus expedit, vniuersis, quod cupientes, quantum cum Dei adiutorio possumus, ad condi-cionem meliorem deducere et augmentum villas mense nostre archiepiscopalis Cramsco (?) et Dambrowca wlgariter dictas, in [districtu] Louicensi situatas, prout sunt in suis limitibus circumferencialiter distincte, in ius Teutoni-cum, quod Sredense dicitur, duximus exponendas et in vnam coniungendas, dantes et assignantes in eisdem villis sculteciam cum deliberacione venerabilium fra-trum nostrorum, dominorum Gneznensis videlicet capituli Iohanni Petri de Conyn . . . . . nostro pro suis fideli-bus seruicijs, nobis et ecclesie nostre per ipsum impensis et in posterum impendendis ac suis successoribus legit-timis cum emolumentis . . . . . tercia parte molen-dini, duabus videlicet pro nobis et nostris successoribus et alio molendinatore dumtaxat reseruata, thaberna-rum, ortorum, iuramentorum cuiuslibet iudicati per ipsum Iohannem et suos legittimos successores tenendam habendam, donandam, commutandam, vendendam, de nostro et nostrorum successorum consensu, ac per-petuis temporibus possidendam. Vt autem predicta villa postquam due in vnam coniungentur et quam

deinceps . . . . . . volumus appellari, eo uberius valeat locari, omnibus et singulis colonis in ipsa in campis exstirpatis [duodecim] annorum, et in merica, in silvis uel in rubetis locatis et locandis sex annorum a data presencium computandorum a solucione census . . . . concedimus libertatem; qua libertate elapsa incole ville predicte a quolibet manso centum et decimam triplicis frumenti, videlicet modium siliginis modium [: następuje 2½ wiersza zupełnie zniszczonych i nieczytelnych :] duobus mansis liberis . . . . . ecclesie, ubi diuina audiunt [: ½ wiersza nieczytelnego :] fertonem grossorum pragensium de quolibet soluere [: ½ wiersza nieczytelnego :] in duabus equis cum clipeo, lancea, pileo et cirotecis [: ½ wiersza nieczytelnego :] Et quia iura Sredencia nobis prorsus sunt incognita [: ½ wiersza nieczytelnego :] salua et integra nobis et successoribus nostris reseruamus. [: ½ wiersza nieczytelnego :] sigilla presentibus sunt appensa. Actum et datum Lowicz in vigilia sancti Laurencij martiris gloriosi, anno Domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto. Presentibus honorabilibus et discretis viris, dominis Bronislao cancellario Gneznensi, Bertholdo de Camen vicecancellario curie nostre, Alberto . . . . . . canonico Sandomiriensi, Andrea et Iohanne de Llanka notar— [: ½ wiersza nieczytelnego :] Transiuit hoc priuilegium per manus cancellarij antedicti, scriptum

[: opuszczono :]

[: reszta wiersza nieczytelna :].

117

Dokument pargaminowy, przechowany w Archiwum Kapituły metropolitalnej gnieźnieńskiej (N. 222), opatrzony był pierwotnie dwiema pieczęciami, na sznurkach jedwabnych zawieszonemi, z których pierwszej brak zupełnie, po drugiej zaś pozostał sznurek z fioletowego wzorzonego jedwabiu, u którego wisi zwietrzała skorupa wosku z wyłupanym wyciskiem. Sam zaś oryginał jest tak dalece w skutek wilgoci zblakły i zniszczony, że zaledwie w mniejszej części z biedą odczytanym być może.

1386.
[5-V, Calromonte]

In nomine domini Amen. Ad perpetuam Rei memoriam. Wladislaus dei gracia Rex Polonie Lituanieque princeps supremus et heres Russie etc. Venera clemencia saluatoris, humani generis imbecillitati, que de cursu temporis et obliuionis errore plurimum obnubilatur industriosum indidit remedium ut actus suos et signanter perpetuitatem concernentes, consueuit literarum apicibus et fidedignorum testimonio perhennare sane pro parte Religiosi viri domini Nicolai Abbatis ordinis beati ~~Sancti~~ Benedicti Ecclesie sancte ~~Crucis~~ Trinitatis Monasterij de Lyssecz Capellani nostri deuoti dilecti Maiestati nostre nuper oblata peticio continebat. Quatenus litteram Serenissimi principis clare memorie domini Kazimiri olim regis polonie sanam et integram omnique prorsus vicio et suspicione carentem suo pendenti Sigillo maiori sigillatam innouare approbare ratificare et confirmare de innata nostre benignitatis clemencia dignaremur cuius quidem litere tenor sequitur in hec

verba

verba. In nomine domini Amen etc.

— Hic sequitur Priuilegium Kazimiri Regis, actum in Sydlow Sabbato infra Octauas Beati Johannis Baptiste Anno Domini Millesimo Trecentesimo Quinquagesimo ~~Quinto~~ primo

[1351, 25.VI, Sydlow]

Preterea villam Glodno sitam in terra Lublinensi et Incolas ipsius eodem Jure et libertate superius expressis quibus omnes alie ville predicti monasterij gaudeant frui volumus et gaudere. Nos itaque prefati domini Nicolai Abbatis in Lyssecz iustis ~~et~~ [ac] honestis peticionibus acclinati prefatam literam in omnibus suis punctis clausulis articulis et sentenciis ratam et gratam habentes ipsam innouamus approbamus ratificamus et confirmamus tenore presencium mediante decernentes et volentes prescriptam literam in eisdem suis punctis clausulis articulis et sentenciis habere ~~valoris~~ [robor] ~~perpe~~ [perpetue] firmitatis.

Actum in Caluomonte Sabbato proximo ante festum Sancti Stanislai ~~Mensis~~ [martiris] ~~Maij~~ [gloriosi] Anno domini Millesimo CCC^mo oct~~in~~[ua]ge~~nte~~[si]simo sexto. Presentibus hijs strenuis viris Pe~~t~~rassio knyscha

Lublin

Lublinensi Cristino Sandeczensi Castellanis Wlodcone pincerna Spitcone Succamerario Cracoviensi~~bus~~ peregrino subcamerario poznaniensi et Capitaneo no- magnis polonie ~~stro~~ ~~poloniæ~~ et Woythone de Wamborkow et alijs militibus nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus Honorabilis viri domini Zaclico prepositi Sandomiriensis et scribe nostre Cancellarie

AP.

LR Q. Liber privilegiorum Monasterii Czirvenensis Pagin. 201 et 202

Iudicium Zacrocrimense limites villae Nikoli constituit.

120

1386 [20.5.] [Zakroczym]

Nos Paulus dictus Pijorko Judex Wisegradiensis et Zacrocri-
miensis una cum subiudice Alberto Zacrocrimiensi publice pro-
fitemur quibus expedit universis tam presentibus quam
futuris presencium litterarum noticiam habituris. Quomodo quod
dominus Johannes prepositus Czirvenensis, cui venerabilis
vir dominus Mathias dei paciencia abbas eiusdem clau-
stri Czirvenensis Canonicusque ecclesie plocensis coram
serenissimo Principe domino Johanne dei gratia die do-
minico qua (sic) magna terminalia celebrabantur causam
sive practicam wulgariter przo contulit et commisit, per-
mansit circa limites et granicias adiacentes secus Ny-
koli sic dictam hereditatem in wulgari, et hoc contra
Swantoslaum et Paskonem fratres uterinos heredesque
hereditatis prius nominate, Que inquam granicie sive
limites istum per modum sunt ordinandi Apnarew sic dicta
in wulgari per blonge bloyne usque ad granicias antiquitus
factas per iusticiarium et preconem Tali tamen condicione
quod cum honorabilis vir dominus Johannes prepositus
claustri prenarrati parte ab una, et heredes multociens
repetiti parte ab altera, coram nobis in iudicio Serenis-
simi principis domini Johannis dei gratia, iudicialiter pro-
cessissent Ex tunc nos consideratis et auditis visisque cau-
se mentis iuxta deum et iusticiam, celebrato consilio mul-
torum nobilium sapientum protunc nobiscum in iudicio resi-
dencium Prefato domino Johanni et toto (sic) conventui

Monasterii

Monasterij Crerucnensis [grw] iam dictas granicias (sic) [es] adiudicavimus in perpetuum et presentibus literis perhenniter adiudicamus/ Mirabiliter vero preallegatis heredibus puta Swantoslao [anthoslao] et Pasrkoni [Pasconi] et ipsorum posteritati legittime, natis ac nascendis abiudicamus [vi]. et in terminacione [secundum tenorem tenore] (?) presenti perhenniter abiudicamus perpetuum silencium inponentes. In cuiusrei testimonium nostra sigilla presentibus sunt annexa. Datum et actum sub anno domini M° CCC° LXXX° VI° ~~(1386) millesimo trecentesimo octuagesimo sexto~~ et hoc in Zacroczim [oy] die sabati [sabbati et] in vigilia novem milium virginum. presentibus nobilibus viris domino Bolesta Capitaneo generali Junssza [ss] subcamerario Zacroczimensi. Niczkone tribuno Wiszegradiensi [Wysche] et alijs quam plurimis fide dignis.-

(L. S.) (L. S.) Ambo sigilla (na tasiemkach pergaminowych) jam tempore ~~destructa~~ attrita

Ex originali ~~in charte pergamena scripto a doct. J. L. Rychter Bibliothecar. Bibliotheca Ordinationis Zamoyscianae latentissime~~ [Musaei Ord. Zam.]

Super Nikoli litera Judicialis – pro preposito Cerwenensi.–

LR R. Pagina 205 et 206.

121

Judicium Ciechonoviense limites Liber privilegiorum Monasterij Czirvenensis

Inter villas Gawarzecz et Garwolensem constitutis approbat.

1388. Nos Martinus Palatinus ~~Czyrwen.~~ Czirnensis nec non Judex Cechonoviensis una cum Stanislao subjudice Cechonoviensi Notum esse volumus tam presentibus quam futuris presencium noticiam habituris. ~~Quod~~ Quia cum venerabilis vir et dominus dominus Mathias Abbas Monasterij Czyrvenensis suis cum confratribus ejusdem Claustri Czyrvenensis parte ab una et Vincencius heres de Gawarzecz cum suis liberis parte ab altera equitatorium fecerunt quod dicitur wlgariter Zassyechanye inter hereditates Garwolewo que spectat ad predictum claustrum Czyrvenense et ~~Ga~~ Gavarecz ~~Warzecz~~ Vincencij heredis ~~pretacti~~ preticiti (sic) Post hoc super fidedignos arbitros seu mediatores parte ex utraque miserunt, Arbitri autem maturo ~~(...)~~ consilio prehabito eis imposuerunt unionis concordiam, granicies inter predictas hereditates sepire et fodere demandantes, Et venientes ad iudicium Serenissimi principis domini Johannis dei gracia ducis Masovie et coram nobis in eodem Judicio fassi sunt de verbo ad verbum cause commissionem seu compposicionem rei factam enarraverunt. Tandem nos Seduximus prout ritus est judicantes, neminem metuentes, nisi solum deum pre oculis habentes, et meram justiciam unicuique facientes, usi maturo ac solerti consilio Nobilium Baronum fidedignorum presencium assessorum memorato domino Abbati cum suis confratribus Monasterij Czyrvenensis adjudicavimus easdem limites et granicies imperpetuum que sunt per mediatores disordinate et limitate, inter predictas hereditates Garwolewo et Gawarzecz sitas, in districtu

in districtu Czechonoviensi ut se cure habentes et possidentes
effoderent et prout melius ~~presentibus~~ possunt roborent[ra]..., et
tenore presencium adjudicamus, Vincencio vero prelibato
cum sua posteritate legitima et ceteris Jure ad eandem
spectantibus abjudicamus silencium perpetuum imponen-
tes. In cujus rei testimonium nostra sigilla presenti-
bus sunt appensa. Datum et actum in Zacroczym in die
undecim milia ~~xxxx~~ virginum. Anno domini M°CCC°lxxx°octavo ~~Millesimo CCClxxxviij~~
1388. ~~(millesimo trecentesimo octogesimo octavo 1388)~~ presentibus
strennuis et Nobilibus viris Paulo ~~...~~ Judice et Alberto
Subjudice Zacrocimiensibus . Nyemyerza Castellano Ju-
nossza Subcamerario Zacroc(imiensibus) Nelaskario ~~Velastawo~~ Subcamerario
Czechonoviensi, pelka Nyewfrido de Krisko. Nicolao
de Trambki ~~Rambky~~ heredibus et aliis quam plurimis (testibus) fide-
dignis ~~testibus~~ Scriptum per manus Johannis tunc
Notarij terre Zacrocimiensis.

Ex tabula authentica pergamena Bibliothecae Zamoscianae Varsaviensis
propria. — Sigilla quae in praefatis pergamenis duo ~~...~~ appensa fuisse
videntur, desunt.

napis napisany na grzbiecie: „Super Garwolewo."

Dokument mója własnością

122 4

Konin

R. 1389. [17. II.]

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus Dei gratia Rex Poloniae, Lithwaniaeque, Princeps supremus et heres Russie etc. Notum facimus tam praesentibus, quam futuris, quibus expedit, universis, quod pro parte civium de Slupcza fidelium, dilectorum nostrae celsitudini oblata petitio continebat, quatenus litteram Serenissimae Principis Dominae Elizabeth Reginae Ungarie et Polonie, Sororis nostre carissime Senioris sigillo sigillatam omni prorsus vitio suspicionis carentem innovare, confirmare et ratificare dignaremur, cuius litterae tenor sequitur et est talis: [In nomine Domini Amen. Nos Elizabeth Dei gratia senior Regina Ungariae et Poloniae. Ad perpetuam rei memoriam. Universorum tam praesentium, quam futurorum deducimus per praesentes, quod ad nostram et Baronum nostrorum accedens praesentiam Reverendus in Christo Pater Dominus Joannes divina providentia Episcopus Poznaniensis, Capellanus noster specialis et devotus nobis exhibuit duo privilegia unius tenoris, quorum unum videlicet principale datum est per clarissimum principem Dominum Wladislaum, olim ducem Polonie pie memorie Genitorem nostrum carissimum, aliud vero confirmationis eiusdem, datum per Serenissimum principem Dominum Kazimirum immediate praemortuum Regem Polonie, felicis recordationis fratrem nostrum carissimum super libertate civitatis seu oppidi ecclesie Poznaniensis, dicti vulgariter Slupcza, petens humiliter, ut vigorem contentum in eisdem innovare et confirmare nostra Regia auctoritate dignaremur. Et tenor privilegii principalis inclusus in privilegium confirmationis, prout inferius patebit de verbo ad verbum sequitur et est talis. [In nomine Domini Amen. Nos Kazimirus Dei gratia Rex Polonie, recognoscimus universis tam praesentibus, quam futuris tenoris praesentium

Wdzg. III nr. 1663

Wdzg II nr. 1251

potituris, quod ad nostram accedens praesentiam discretus vir Nicolaus, dictus Wlodiczka, civis de Slupcza quoddam privilegium patris nostri Dilecti Domini Wladislai, olim ducis Polonie exhibuit coram nobis et ostendit et petivit illud per nos innovari, cuius quidem privilegii de verbo ad verbum tenor erat talis. [In nomine Domini Amen. Ut gesta mortalium, quae ~~immutabilia~~ (wydarte) temporum, cum defluxu temporum oblivionis non defluant in abissum, sed in memoriam deducantur legitime posterorum sanxit auctoritas, ea scriptis autenticis cum subscriptione (wydarte) ...are, hinc est, quod nos Wladislaus, Dei gratia Cracovie, Sandomirie, tociusque Regni Polonie dux notum esse cupimus praesentibus et futuris, ad quorum notitiam pervenerit scriptum praesens. inspectis fidelitatibus utilibusque promotionibus quampluribus et obsequiis Venerabilis in Christo Patris Domini Andreae, divina miseratione Posnaniensis ~~Episcopi~~ ecclesie Episcopi suorumque civium de Slupcza in Polonia nobis crebrius impensis et in posterum impendendis Domino Suffragante, ut sua civitas praefata Slupcza post varia disturbia terre Polonie hactenus perpessa aliquatenus valeat reformari, damus et concedimus eidem Domino Episcopo et suis civibus de Slupcza annuale forum ... elegerint infra triduum annuatim plenam potestatem perpetuo imponend., eximentes et absolventes eosdem cives de Slupcza cum posteris eorundem in nostris Ducatibus universis, quocunque et quotiescunque ipsos negotiari contingerit a qualibet theolonearia solutione, pensione et exactione perhenniter in his scriptis. In cuius rei testimonium et evidentiam pleniore nostrum sigillum auctenticum praesentibus duximus appendendum. Actum et datum in Chanocin in die Beati Thome martyris. Anno Domini MCCCXV infra octavas Nativitatis Domini praesentibus his: Magnifico Principe, filiollo nostro carissimo, Domino Kazimiro Dei gratia duce Cuyavie, Nankero Archidiacono Sandomiriensi, Bronissio Capitaneo, Niclone Palatino Cuyavie, Clemte.

Wp. II nr. 979

[1315] [K. Wp. t. 2 nr. 979 Chanocin]

[134... [K. W... t. 2, nr. 1...

[137... [Kra... nr. 1...

Syradiensi Castellano, Wenceslao dicto Lis et aliis multis fidedignis. Nos vero praescriptum privilegium cum omnibus suis articulis et clausulis universis ob merita eiusdem Nicolai de mera et solita nostre Regie Majestatis benignitate innovamus, approbamus, ratificamus et generose confirmamus, in horum igitur omnium testimonium et evidentiam pleniorem praesentes dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum in Pisdri feria quarta in vigilia Corporis Christi Anno eiusdem

[1346] [K. Wp. t. 2, nr. 125] M° CCC quadragesimo sexto, praesentibus his testibus Nicolao Palatino Kalisiensi, Arkenboldo Syradiensi, Nicolao Crusviciensi Castellano, Nicolao iudice Poznaniensi, Wirzbantha Subcamerario, Cristino Subdapifero Kalisien. et aliis multis fidedignis. Datum per manus Octonis Cancellarii Polonie. Nos vero considerantes supradictam libertatem ipsis civibus seu oppidanis ecclesie Poznaniensis rite, rationabiliter et digne fore donatam per progenitores nostros supradictos, ob quorum remedium animarum supradicta privilegia et omnia in eis contenta rata habentes et grata ac perpetuis temporibus valitura de benignitate nostra regia approbamus gratuite et confirmamus in singulis ipsorum clausulis eadem tenore praesentium roborantes harum, quibus sigillum nostrae Majestatis est appensum, testimonio litterarum. Actum Poznanie duodecimo die mensis Junii Anno Domini M° CCC septuagesimo secundo, prae-

[1372] [... nr. 125] sentibus his testibus Nobilibus viris Dominis Precislao Palatino Kalisiensi, Laurentio Poznaniensi, Janussio Kamenensi, Janussio Bethomensi Castellanis, Precislao Poznaniensi, Thomislao Kalisiensi Iudicibus et aliis pluribus fidedignis. Datum per manus honorabilis viri Domini Nicolai de Konin et Cancellarii Regni nostri Polonie. Nos itaque visa iusta petitione civium de Slupca praedictorum dictam litteram ipsorum ratam atque firmam, ~~(et sententiis ... praesentium mediante decernentes et volentes dictam litteram in omnibus suis punctis, articulis, conditionibus, clausulis)~~ habentes ipsam innovamus, ratificamus, approbamus et confirmamus tenore praesentium mediante decernentes et volentes dictam litteram in omnibus suis punctis

articulis conditionibus, clausulis et sententiis universis ....

.... a .... bus Sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum in Konin die dominico infra Octavas Petri et Pauli Apostolorum anno Domini millesimo tre...

.... op ..... Domino Dobrogostio, Episcopo Poznaniensi, Barthossio Poznaniensi, Sandzivogio Kalisiensi Palatino, Johanne Wysliciensi, Cristino Sandecensi Castellano ....

.... fidedignis. Datum per manus honorabilis Zaclice Praepositi Sandomiriensis, Cancellarii aule nostre fidelis dilecti. –

Miejsca kropkami oznaczone w oryginale są wydarte.

Na odwrotnej stronie stoi napisane: Wladislai regis de annuali foro.; a poniżej „1389".

Przypominam, że data ta była położoną przed uszkodzeniem dokumentu.

Do dokumentu przyczepioną jest na sznurku jedwabnym ~~[illegible]~~ mięśle zachowana pieczęć. W środku widnieje tarcza podzielona na cztery pola. Na górnem lewem ~~i dolnem prawem~~ polu orzeł polski; na górnem prawem pogoń litewska; na dolnem lewem głowa wołu z kółkiem w nozdrzach; na dolnem prawem kształty przytarte.

Dokument ten, nabyty z rąk prywatnych, jest moją własnością

1395. die 16. mensis Junii, Gnesnae.

Nos Viglosius heres de Tworziancowo, tamquam au- ditor, conspector inter Swanszkonem vna parte et Petras- sium Abdank de altera, cause et litis, atestatorque legi- timus domini Dobrogosty Dei gracia archiepiscopi Gne- znensis, cause prefate iudicis, auctoritate plenaria spe- cialiter deputatus, presentibus, quibus interest, signi- ficamus, quomodo Iacobus districtus Gneznensis mini- sterialium generalis, wlgariter wozni, nostram adiens presenciam, recognouit, quod opibus Swanszko supra- dictus contra Petrassium prescriptum proponendo iu- dicialiter processit negocijs, horum de singulis predic- tus Petrassius suis iurantibus testibus Swanszkonem e- uasit omnimode prenarratum. In cuius rei testimonio sigillum nostrum presentibus appendi voluimus, inscrip- tis palam testibus: Arnoldo proconsule Gneznensi, Stas- cone consule ibidem, Paulo de Czechowo herede et alijs pluribus fidedignis. Datum Gnezne feria quarta in octauis Corporis Domini, anno Domini millesimo trecentesimo nona- gesimo quinto.

Dokument pargaminowy, przechowany w zbiorach Towa- rzystwa przyjaciół nauk w Poznaniu. Pieczęć wraz z pa- skiem pargaminowym oderwana.



[między 1400 a 1410.]

Nos Godfridus diuina paciencia abbas monastery in Wanchoczko, ordinis Cisterciensis, Cracouiensis dyocesis, necnon Nicolaus prior, Stanislaus, Nicolaus ceterique fratres dicti monastery in Wanchoczko, ad noticiam vniuersorum per hec scripta deducimus, quod considera-tis et in animo reuolutis oppressionibus ville nostre Ostrow et villanorum in ipsa degencium, quibus per vicinos et alios continue oprimuntur, sic, quod de eadem villa nullas vtilitates habere possimus propter grauadinem in-iuriarum, que incolis eiusdem ville inferuntur, cupientes igitur saluti nostre salubrius consulere et vtilitates eiusdem ville ad statum debitum et meliorem profectum reducere, et signanter, ne in limitibus minuatur et detrimenta sustineat, specialem confidenciam habentes de probitate honorabilis viri, domini Nicolai, prepositi sancti Floria-ni ante Cracouiam, canonici Cracouiensis et regni Polonie vicecancellary, qui .... bona nostri monastery solitus est augeri et tueri, sibi eandem villam ad tempora vite seu ~~xxx~~, dum sibi Deus maiora bona concesserit, eidem do-mino iam dicto concedimus tenendam et gubernandam con-ferimus tenore presencium mediante, censibus pro nobis in eadem reseruatis. Sic eciam, quod idem dominus Nicolaus de feno pro necessitatibus nostris nobis tenebitur imper-tire, similiter et de alijs vtilitatibus, quantum poterit,

prout de ipso gerimus confidenciam specialem. In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem sigilla nostra sunt appensa.

Dokument pargaminowy, przechowany w archiwum kapituły metropolitalnej gnieźnieńskiej (N. 351), opatrzony był pierwotnie dwiema pieczęciami, po których tylko paski pargaminowe pozostały.

1400. [4.X, Plock.]

Nos Gothardus iudex et Albertus subiudex Plocenses, re-
cognoscimus, quibus expedit, vniuersis, presentibus et futuris,
presencium literarum noticiam habituris, quod cum iudicio
serenissimi principis domini et domini Semouithi Dei gracia
principis Masouie, domini et heredis Plocensis, pro tribunali re-
sidebamus cum dominis infrascriptis, tandem materia queri-
monie et questionis fuit orta iudicialiter et deriuata inter
venerabilem in Christo patrem, dominum et dominum Taco-
bum diuina et apostolice sedis prouidencia episcopum eccle-
sie Plocensis vnacum eius capitulo totali, et precipue ho-
norabilem virum, dominum videlicet Kelczonem canonicum
eiusdem ecclesie, prout actorem et possessorem ville et heredi-
tatis Drogan dicte, ex vna, et nobiles viros Tactorem, Mar-
tinum, Dobeslaum cum filijs Vladimiri, Magdalenam
cum Alberto, Bogumilum cum fratre eius germano, Marti-
num, Albertum, viduam Suachnam cum eius nato Petro et
filiabus eius, necnon omnes et singulos, quibuscumque no-
minibus nominentur, eciam cuiuscumque eminencie et sta-
tus existant, ius patronatus vel quodlibet aliud se habere
asserentibus inibidem vel nominantibus, de Brunowo here-
dibus, parte ex altera, pro metis et granicicbus inter has
Brunowo militale et Drogan villam capituli, heredita-
tes vertentibus, quibusquidem auditis proposicionibus et al-
legacionibus parcium vtrarumque et bene intellectis, earundem
lite contestata, nullum timentes, vnum Deum pre oculis haben-
tes, de vnanimi consensu et mandato dominorum infrascrip-
torum pro prelibato venerabili viro, domino Tacobo episcopo

Plocensi vna et eius capitulo et precipue honorabili viro domino Kielczoni prouinc possessori ville et hereditatis Drogan dicte, aquisicionem ipsarum metarum et graniciarum adiudicauimus perpetuis temporibus possidere pacifice et quiete, ipsas metas et granicies tali modo limitando, videlicet de granicie finali, que est inter Brunovo domini Pauli vexilliferi, et inter aliam Brunovo, que eciam militalis est, directe transeundo ab ista granicie vsque ad arborem pomi, wlgariter iablon dictam, et transeundo ad finalem graniciem, que est inter Brunowo et Bochenczewo villam capituli; ipsam limitacionem taliter factam et ordinatam, volumus esse ratam, gratam atque firmam et nunquam violabilem, sed perpetuis duraturam temporibus; prescriptis vero nobilibus et omnibus eorum successoribus propter ipsas metas et granicies perpetuum silencium imponentes. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Ploczko feria secunda infra octauas sancti Michaelis archangeli gloriosi, sub anno Domini millesimo quadringentesimo. Presentibus nobilibus domini, ducatus nostri consiliariys: Andrea castellano, Paulo vexillifero, Woydylone dapifero Plocensibus, Stephano succamerario Gostinensi et Rauensi, domino Sassino de Trampeli, Stanislao Grad dicto et alys quam pluribus fidedignis.

Teka Naruszewicza 10 N. 6 z odpisów Kapituły Katedralnej płockiéj.

An. 1400. d. 25. mens. Octobr. Sathor

In nomine domini Amen. Nos Johannes dei gracia dux Oswanczimiensis tenore presencium notum facimus universis presentem paginam inspecturis; Quia coram nostra Serenitate personaliter constitutus Miczko Petka sanus mente et corpore recognovit se vendidisse allodium suum quondam Kuchindorffonis, cum omnibus Juribus consuetudinibus et proventibus universis prout dictum allodium in suis metis et gadibus longitudine et latitudine infra ambo littora aque dicte Sola est districtum ab antiquo et possessum nostro fideli Michaeli Viceadvocato de Canthi et suis liberis legitimisque [successoribus pro Qua]draginta marcis [grossorum iusto] vendicionis titulo assignandis, ad habendum, tenendum, vendendum, commutandum, obligandum, quiete et pacifice absque omnibus solucionibus possidendum, nisi quod plebano solvet unam mensuram siliginis et unam avene annuatim. Quare nobis supplicarunt, quatenus dictam empcionem confirmare dignaremur. Nos vero ipsorum peticionibus acclinati, prefatum contractum ratum et gratum habentes ex nostra certa sciencia, de potestatis nostre plenitudine confirmamus, nostrarum patrocinio literarum. Datum Sathor feria secunda ante Symonis et Jude. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Anno domini Millesimo Quadringentesimo. Presentibus Wafrcone de Slesszovicz, dunkone de Jawiszowicz, Wafrcone Keczanka, Eustachio de Mosgrunt, Domino Wenceslao de Spitkovicze plebano Notario nostro et alijs multis fide dignis ad premissa vocatis. —

Pieczęć na sznurze jedwabnym zielonym grubawym mała, w skorupie woskowéj ciemnéj wewnątrz na wosku czerwonym przedstawia orła z rozwartemi skrzydłami bez korony, dziób w prawą stronę swoją obrócony mającego; — z napisu okólnego znać tylko jeszcze: „ . . . . ducis osw . . . .” reszta częścią wytarta, częścią odrypana. — Z archiwum miasta Kent pożyczył i mnie udzielił P. Apolinary Jankowicz.

In nomine Domini amen. Nos Paulus Dei gracia episcopus Plocensis, significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo coram nobis personaliter constitutus nobilis Iohannes de Modla, aduocatus de Pyrzyschewo, recognouit, se dictam suam aduocaciam in Pyrzyschewo, quatuor videlicet mansorum, circumspecto Bogusłao Gulacz, laico de Pyrzyschewo tunc ibidem presenti, pro sexaginta quatuor marcis mediorum grossorum, quadraginta octo grossos in quamlibet marcam computando, vendidisse. Quam ibidem coram nobis sponte resignauit cum omni iure et dominio, prout solus tenuit, habuit et possedit, nichil iuris et dominij pro se et suis posteris in eadem aduocacia reseruando, iuxta priuilegium originale. Quam vendicionem ipse Iohannes venditor, Boguslaus vero Gulacz emptor empcionem petierunt admitti et per nos ratificari. Nos vero ipsorum peticionem iustam et racioni consonam attendentes, dictas vendicionem et empcionem admittentes, ipsisque assensum pariter et consensum nostrum dantes, ratificamus, approbamus et confirmamus presencium cum tenore. Ita tamen, quod ipse Boguslaus Gulacz omnia iura, seruicia et consuetudines, prout in originali priuilegio continentur, nobis et nostris successoribus exhibebit et impendet. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum (in) Ploczko, ipso die Purificacionis beate Marie virginis, anno Domini millesimo quadringentesimo secundo, consecracionis vero nostre anno tercio. Presentibus honorabilibus et nobilibus dominis: Michaele Osun, Iacobo

./.

Franczek, Strogomiro canonicis ecclesie Plocensis, Jacobo de Lūpky, Zhigmūdo de Zochowo et Andrea Kynyczky, fami-liaribus nostris, testibus circa premissa.

Teka Naruszewicza 10 N. 35 z rękopisów kapituły katedralnej płockiej.

LK R. 129

Santhor de Wilkowcze medietatem portionis patrimonii in villa Wilkowcze in districtu Czechonoviensi sita Johanni de Wilkowcze obligat.

1402. 18. Maij [Wyszegrad] Bolestaus dei gratia dux Mazowie etc. Significamus tenore presencium quibus expedit universis. Quomodo coram nobis personaliter constitutus Nobilis Santhor (Santher)(2) de Wilkowcze ipsius mera et spontanea voluntate palam recognovit. Quia medietatem porcionis patrimonii sui in Wilkowcze hereditate in districtu Czechonoviensi situatam, in longum et latum cum omnibus et singulis pratis Gays agris nec non utilitatibus fructibus redditibus prouentibus censibus emolumentis et obuencionibus generaliter universis quibuscunque nominibus nuncupentur nichil pro se reseruans in eadem medietate porcionis patrimonij Nobili Johanni de Wilkowcze in sex sexagenis grossorum in medijs grossis a festo Natiuitatis Christi proxime venturo per spacium duorum annorum se continue et immediate sequencium rite et racionabiliter obligat tenendam habendam quiete et pacifice possidendam. In casu vero si quod abrit elapsis duobus annis ad tempus (tpe) predictum non solverit aut solvere idem Santhor neglexerit quovismodo. Extunc dictam medietatem porcionis patrimonij cum gays, pratis agris et prius (pre=)scriptis utilitatibus

ad dictum Johannem in praedictis pecunijs perdet et amittet perpetue et in evum. Praeterea eo expresso quod quandocunque sive ante Nativitatem Christi sive post, idem Santhor dictas pecunias habuerit et eas ipsi Johanni soluere voluerit, ipse Johannes ipsas pecunias recipere debet, sibique Santhori de eadem medietate porcionis patrimonij taliter prout possedit cedere et restituere debebit et praesentibus obligatur. Nichilominus ipse Johannes in dictam medietatem porcionis patrimonij frumenta si que tunc seminaverit pro se recipiendi liberam habebit facultatem, excepta area et pro ipso Santhor intacta reseruata, que non debet in dictam medietatem obligatam computari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum mediocre praesentibus est appensum. Actum et datum in Wischegrad feria quinta infra octavas Penthecostes Anno domini millesimo quadringentesimo secundo.

~~pergaminowy – format mały – pieczęć~~ kawałeczki tylko ~~pieczęci na~~ odkrawku ~~pergaminowym zawieszonej.~~ Od Wyz. ~~Rychtera.~~ Ex Musaei [originali] Ord. Zamoyscian.

na pargam. tasiemce mały tylko jeszcze kawałek czerwonej z wosku pieczęci widać; na którym rozpoznać można iż się tarcza pieczęci na kilka pól dzieliła, a na najpierwszej to jest lewej górnej tarczy widać jeszcze głowę i prawe skrzydło orła. – Z napisu okólnego wyszła się wyraźnie tylko „masovie."

1403. [19. VIII, Crakow.]

Wir Wladisslaw von gotis gnoden konig czü Polan, obirster für-
ste czü lithawin vnde erbeling czü Rüssin, Bekennen offintlichin
vnde tün künd mit desim brife allin den, dy en seen adir hörin
lesin, das wir vns mit gütin willen, vorrate vnde rechtir wyssen
dürch merglichis nüczczis fromen vnde bestin wyllen vnsrir lan-
de vnde lüte, di wir dorynne irkant habin vnde irkennen, vn-
de auch allirmeyst dorinne, das wir sündirliche früntschaft,
hülfe vnde bilegünge an dem hochgebornen fürsten hern Wyl-
helme Marcgraffin czü Missin, lantgraffin in doringen vn-
de Pfalczgraffin czü Sachsen, vnsrin libin Brüdere vnde
fründe bis her irfündin habin vnde tegelichin irfinden, mit
dem selbin Marcgraffin Wylhelme gesaczt, vorbünden vnd vor-
eynt habin, seczczin, vorbinden vnd voreynen vns mit em in
kraft desis briefis Alzo, das wir ym vorbasmer festiglichin
behülfin vnde beratin seyn sollen, vnde wollen mit ganczir
vnsir macht wedir allirmenlichin, dye en an seynen wirdi-
geiten, herscheftin, landen vnde lüten wedir recht irren hin-
dern, angriffen adir beschedigen wolden, irretin, hindirten,
angriffen adir beschedigetin, vnde wes fyend der selbe vnsir
brüder Marcgraffe Wylhelm were, der en so vorvnrechtin
wolde, des fyend wollen wir auch syn vnde sollen das recht
vor ym biten, vnde wir sollen auch syns rechtin mechtig seyn,
vnd wir wollin auch seyne lüte vnde vndirsessyn welchis dye
~~syn~~ syn innewendig vnd vzwendig vnsirn landen helffin,
schüczczin, hanthabin vnde vorledingen glich vnsirs selbis lü-
ten, zo wir beste mogen. Auch süllen vnde wollen wir seyne
fiende, rauber, vliher, echter noch argwarter in vnsirn lan-
den, Slossin, Stetin, dorffern noch gebiten nicht husen, he-
gin noch enthaldin lassin, noch den vnsirn das gestattin
czü tüne indheynewys anegeuerde. Geschege auch, das sich die
vnsern an ym vorgriffen adir by seynem schaden weren, adir das er
die vnsirn in schüldin adir in vordechtnis hette, als balde er vns
die vorkündiget vnd namhaftig machet, so sollin wir vnd wollin
ym czü den behülffin syn, vnde dye czü rechte gestellin, alzo das
sy dy name wedirthün adir sich der schülde vonstündan vszirn
mit erem rechte anegeuerde. Vs desir eynünge vnde büntnis nemyn
wir den dürchlüchstin fürstin vnsirn liben Brüder Konig Wencz-
law vnde hern Procops Marcgraffin czü Meren etc. vnsir libe

brudere vnd frunde, hern Allexander gnant Witoud herczo-
gin czu litaw vnd syne hern vnde vndirtanen der krone czu
Polan gem den wir vns keyns vorbinden. Alle obin geschrebin
rede stucke vnde artikele vnde eyn igliches besundirn reden
vnde globin wir dem obingeschrebin hern Wylhelme Marcgraf-
fen czu Missen etc. vnsrin liebin brudere vnde vrunde stete, fe-
ste, gancz vnde vnuorrugket czu haldin vnde habin des czu
orkunde vnsir Insegil wyssintlichin an desin briff lassin hen-
gin. der gegebin ist czu Cracow nach gotis geburte virczehen-
hundirt Iar dor noch in dem dritten Iare am nechstin Sun-
tage vor Sinthe Bartholomeus tage.

Z kopii zamieszczonej w księdze pierwszej konsularyjów miasta Krakowa A. I str. 180.

<u>1403.</u> [17.X, Medica]

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Dum viuit littera, viuit et accio commissa litere, cuius assercio nutrit memoriam et labiles semper perpetuat acciones. Proinde Nos Wladislaus dei gracia Rex Polonie Litvanieque Princeps supremus et heres Russye etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quod ob merita fidelium obsequiorum Petri dicti Kaczorek, que nobis hactenus exhibuit et in futurum prestanciûs poterit exhibere, horum intuitu cupientes ipsum specialis gracie prerogatiua preuenire et eum ad obsequia nostra reddere promptiorem, sibi villam nostram Vsscze in terra nostra Podoliensi in districtu Camenecensi et in fluuio Smotricz sitam, cum omnibus eius pertinencijs, fructibus, vtilitatibus, Agris, pratis, Campis, Pascuis, Siluis, Nemoribus, Borris, mericis, quercetis, Pinetis, Rubetis, Virgultis, Aucupacionibus, Venacionibus, Stagnis, lacubus, palludibus, Molendinis, emolimentis, aquis, Aquis (sic) aquarum decursibus, piscinis, Piscaturis necnon cum omnibus appendijs et coherencijs ad predictam villam quomodolibet spectantibus, quibuscumque vocitentur nominibus, damus, conferimus donacione perpetua liberaliter et donamus. Ita tamen, quod in Terra Podolie propter deffectum hominum residenciam faciat personalem Et ad singulas expediciones nobis cum vna lancea et duobus sagitarijs ijdem Petrus suique heredes et successores legittimi obsequi tenebuntur et seruire sic eciam, quod circa expediciones domesticas ut pote circa defensiones Terre Podolie cum omnibus hominibus nobis et nostris successoribus seruire sint astricti. Et daciones, contribuciones, laboresque, quibuslibet (vocitentur) nominibus, que antecessoribus nostris ducibus Podolie et possessoribus ipsius solui solite fuerant nobis per kmethones et incolas ville predicte Vsscze efficaciter persoluantur. Quamquidem villam predictus Petrus suique heredes et successores legittimi habebunt, tenebunt, vti fruentur et possidebunt necnon ad vsus ipsorum beneplacitos (conuertent) sicut ipsis) videbitur expedire. Harum quibus sigillum

nostrum appensum est testimonio literarum. Datum in Medica feria quarta proxima ante festum Sancti Luce Evangeliste Anno domini Millesimo quadringentesimo tercio, Presentibus validis Johanne de Tarnow Cracoviensi, Petro Kmythe Sandomiriensi Pallatinis, Mosticio Castellano Poznaniensi, Gnewossio de Dalewicze Subcamerario Cracoviensi, Petro Wlodkonis Subdapifero Sandomiriensi, floriano de Korithnicza subpincerna ibidem, alysque multis fidelibus nostris fidedignis. Per manus Nicolai Regni nostri Vicecancellary fidelis dilecti etc.

Z oryginału parg. w zbiorach p. Z. L. Radzimińskiego. Na sznurku z jasno zielonego jedwabiu wisi pieczęć mała koronna w czerwonym wosku wyciśnięta. –

1404 [7-V, Cracow.]

Wir .. Rathmannen der Stat Crocow Bekennen allin, den is notdorft ist, das longseydil vor vns komyn ist in eyn siczczinden Rath vnd sprach: Wysset liben herrin, das mich got dirmanit hatte vor czeyten, My das ich meyn Steynhaus, das ich hatte czum Newinczanse, gap czu dem Spital vnde den .. armen czu nuccze mit andirm gute, das ysn wol wyssinde. Nu hatten dy .. Rathmannen der Stat Czans das haus vorkauft, Also noch andir rede vnde sache, quam ich czu den .. Rathmannen vnde der gemeyn, vnde wart do eyns mit en, alzo, das ich meynen wyllen dorczu gab, das hundirt marg silbers suldyn gefallin vor das haus, vnde das man mit dem silber sulde bawin das Spital vnde dy kirche got czu lobe vnde czu eren, vnde den sichen czu nuczcze also verre als das gelt went vnde langth. Also bekenne ich, das sy mir dy hundirt mark geczeychnicz silbers geantwort habin, vnde globe en, hebe ich nicht an czu bawyn adir gerethe czu schicken dorczu, wen sy mich manen obir eyn ior adir vir wochin dornoch, zo sal ich en alzovil silbers henwedir antwortin, Adir heb ich an vnd gebe gelt aus als ich das auch mit en gerth habe mit yrem wyssen, wen is vordingit wirt, vnde storbe ich das ich das gelt nicht hette gar ausgegebin hundirt marg vorgenannte, was denne blebe, das sal man den Vormunden dyn der armen gebin an alle wedirrede meyner erbin kynderen, adir brunde, sy syn mundig adir vnmundig das sy vorwerth das gelt sullin vorbawin an vil zewnnysse alzo verre das oberige gelt gereychin mag mit wyssen meyner vormunde. Des czu eynem geczugnos habe wir der egenantin Stat Crocaw Segil an desin briff nedwennyg an gedrockyt. Gegebin an der Mitwochen der heyligen Hemilvarth vnsirs liben herrin Thesu cristi, obind Seynir liplichin menschwerdunge Tausunt Virhundirt Tor.

1) Dokument pargaminowy przechowany w archiwum

miasta Nowego Sącza. Pieczęć która w czerwonym wosku na samym przywileju u dołu była wyciśnięta, poruszyła się.

1404, 2 grudnia w Krakowie.

~~f. 51.~~

Mszczug, Jan, Tomek, Piotr i Ścibor z Trzcieńca wieś Cierno z Dziwiszem z Oleszna za wieś Oleszno i Wolę Oleszeńską ludzież za 130 grzywien groszy praskich zamieniają.

Nos Thomas iudex et Dobeslaus subiudex terre Cracouiensis generales, Notum facimus quibus expedit vniuersis presencium noticiam habituris, quod ad nostram nostrorumque assessorum accedentes personaliter presenciam nobiles viri Msczugius, Iwannes, Thomco, Petrus et Stiborius filij domini Borconis, heredes de Tsczemecz, omnes manu coniuncta, pro domina Femca matre et pro Nicolao fratre ipsorum vterinis (sic) fideiubentes, sanique mentibus et corporibus existentes, non compulsi nec coacti, sed de bona voluntate ipsorum iugiter prehabita, totam villam ipsorum Cirno dictam cum ipsius ville omnibus iuribus, dominio, vtilitatibus, fructibus, redditibus, prouentibus, incolis, censibus, areis, edificiys, domibus, tabernis, molendinis, ortis, agris, campis, pratis, pascuis, piscinis, aquis, fluuijs, syluis, borris, gayis,

./.

rubetis et vniuersis pertinencijs, nihil pro ipsis et successoribus ipsorum ibidem reseruando, pro tota villa Oleschno dicta, et pro Volia Oleschenska, ac pro centum et triginta marcis grossorum Pragensium numeri Polonicalis consueti, nobili viro Dziuissio heredi ibidem de Oleschno, et ipsius posteris legittimis in totum commutarunt, et in perpetuum coram nobis iudicialiter resignarunt, promittentes eidem pro omni impedimento atque damno vbilibet iuxta ius terre de premissis, per eundem Dziuissium premissa perpetualiter tenendum, habendum, vtifruendum, possidendum, et in vsus suos libere conuertendum. In cuius rei testimonium sigilla presentibus nostra sunt appensa. Actum et datum Cracouie feria tercia proxima post diem sancti Andree, anno domini 1404. presentibus nobilibus viris dominis Prandotha de Neprzesna, Clemente de Lapanow, Msczugio de Kozlow, Dobcone Taschcone et Cristino de Wirzbno heredibus, pluribusque alijs testibus fide dignis.

1405. [24. VIII, Halicz.]

Nos Petrus de Charbinowicz capitaneus Haliciensis, notum facimus, quibus expedit, vniuersis et singulis, presentem literam inspecturis, quod Andreas filius Radstonis, non compulsus nec coactus, nec per aliquem errorem seductus, in nostram personaliter accedens presenciam, suo viue vocis oraculo confessus extiterat in hunc modum, quod ipse quondam mediam partem ville Slawenczin vocatam, cum aliquibus cirrys nomine Kyszynyky, ad eandem villam pertinentibus, in districtu Haliciensi sitam et habitam, cum omnibus et singulis vtilitatibus, dominijs et prouentibus ac terris arrabilibus cultis et incultis, pratis scilicet, nemoribus, siluis, mericis, mellificijs, aquis, aquarum decursibus, molendinis, piscinis, thabernis et generaliter omnibus iuribus, quibuscumque nominibus vocitatis, sub eisdem veris, certis et antiquis metis et limitibus, quibus ipsa villa Slawenczin et Kyszniky per ipsum Andream . . . . . fuit, nobili viro Martino dicto Korczak suisque heredibus, heredumque suorum successoribus pro triginta sexagenis iuste (!) vendicionis titulo coram nobis resignauit, nullum ius nullumque dominium prefatus Andreas pro se et suis heredibus in dicta villa Slawenczin reseruando; deditque prenotatus Andreas eidem Martino Korczakoni ac suis legittimis successoribus ipsam mediam partem ville, si voluerint, a se vendendi, commutandi, alienandi, obligandi et in vsus suos pociores conuertandi (!) potestatem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et datum in Halicz ipso die sancti Bartholomei apostoli, anno Domini millesimo quadringentesimo quinto. Presentibus hijs domi:

~~xxx~~ viris: domino Cristino de Martinow, domino Dirslao filio Gnewoszij Czurylo de Koiancze, Sbedodka de Neprzena, Micolayco Misca de Neprzesna, Iohannes advocatus Haliciensis, Myxyslo conciuis Haliciensis et alijs quampluribus fidedignis.

Dokument pargaminowy. Na pasku pargaminowym wisi okrągła pieczęć, w ciemnym wosku wyciśnięta, wyobrażająca w tarczy herb Sulima. W otoku napis: S PETRASI · D · CHARBINOWICZ. (Muzeum XX. Czartoryskich w Krakowie).

1406.

Obl. Crac.
Inscr. 11 p. 217.
31/3.

[Czenstochow]

In nomine domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Wladislaus, Dei gratia rex Poloniae Hungarieque princeps supremus et heres Russie significamus tenore presentium quibus expedit universis presentibus et futuris presentium notitiam habituris, quod opidi nostri Zari conditionem volentes facere meliorem et ipsum et ipsum (sic) iuribus et

amplioribus de nostra liberalitate munificentijs uberius redonare, ipsum de iure Polonico in ius Theutonicum transferimus tenore presentium perpetue duraturum. Removentes ibidem omnia iura Polonicalia, modos et consuetudines universas, que ipsum ius Theutonicum, ut plurimum solita sunt, perturbare. Eximimus insuper, absolvimus et perpetuo liberamus omnes et singulos oppidi predicti Zari opidanos

molendinatores et quosuis incolas ab omni iurisdictione et potestate omnium regni nostri pallatinorum castellanorum, capitaneorum, iudicum, subiudicum, aliorumque officialium et ministerialium eorundem, ut coram ipsis vel ipsorum aliquo pro causis tam magnis, quam parvis

et quibuslibet aliis enormibus expressibus
citati minime respondebunt nec aliquas
penas ~~[illegible]~~ solvere tenebuntur, sed opidani
et incole predicti oppidi Zari coram suo
advocato, qui pro tempore fuerit, advo-
catus vero coram Nobis ac nostro generali
colloquio, dum litera nostra, nostro sigil-
lo sigillata evocati fuerint et citati.
Tunc non alio quam suo iure Theutonico
omnibus de se querulantibus
respondere sunt astricti. In causis vero
criminalibus et capitalibus superius ex-
pressatis advocato predicti oppidi plenam
~~damus~~ iudicandi, sententiandi, corrigen-
di, puniendi, plectendi et contemnadi
plenam damus et omnimodam causa-
rum potestatem, prout hoc ipsum ius
Theutonicum, Dictum in
omnibus suis punctis,
clausulis et conditionibus postulat
et requirit, iuribus tamen nostris re-
galibus ~~ser~~ in omnibus semper salvis.
Decernimus insuper et statuimus, quod
quilibet incola sepefati oppidi pro cen-
su de quolibet manso sive laneo circa
festum sancti Martini Nobis ~~solvere~~
sunt astricti sin-
gulis annis contributiones
~~quibus~~ quas aliae civitates nobis solvere solitae

sunt, per eosdem opidanos
Harum, quibus sigillum nostrum presentibus appensum est testimonio litterarum. Actum in Czanstochow feria quarta post dominicam Iudica, anno domini millesimo quadringentesimo sexto presentibus his nobilibus strenuisque viris: Jacobo de Conyecpole, palatino Siradiensi, Alberto de Wscheradowo castellano Camenecensi, Mathia iudice Calischiensi, Cristino Mischka de Nyeprzesnya Ioanne Mazil de Kozlowicze militibus et Zaclica de multisque aliis nostris fidelibus fidedignis. Datum per ma[nus] domini Nicolai, regni nostri vicecancellarii nobis sincere dilecti.

Wladislaus dei Gratia rex Poloniae,

SK 137

R.

Jacobus episcopus Plocensis post mortem Clementis plebani in Zuzola, Matthiam presbiterum a Monasterio Czirvenensi presentatum, plebanum eiusdem ecclesiae in Zuzola instituit.

1406. Jacobus dei et apostolice sedis gracia Episcopus Plocen-
[22.I. sis / discreto viro Rectori Ecclesie in Nur aut eius
Czerwinsk.] Vicario et qui presentibus fuerint requisiti / salutem in domino et mandatis nostris firmiter obedire / Quia Ecclesia parochiali (sic) in Zuzola per mortem fratris Clementis ultimi et immediati Rectoris eiusdem ad presens vacat / Venerabilis vir dominus Stanislaus Abbas nec non totus conventus Monasterij Czirwenensis ad dictam ecclesiam in Zuzola discretum virum fratrem Mathiam presbiterum nostre dijocesis / investiendum et instituendum nobis ~~putarunt~~ presentarunt ad quos ius presentandi pertinet et spectat / nobisque humiliter supplicando ut ipsum Matthiam ad dictam Ecclesiam in Zuzola instituere ac ipsum de eadem investire dignaremur Nos vero Jacobus Episcopus prefatus supplicacionibus dicti domini Stanislai Abbatis ac sui Conventus favorabiliter annuentes prefatum Matthiam ad dictam Ecclesiam, quem post diligentem examinacionem, dicte Ecclesie habilem et ijdoneum (sic) preesse fore invenimus ~~Crida~~ Crida tamen premissa et aliis servatis servandis per manus nostre tradicionem et capitis suo

imposicionem investi(tu)mus ac ipsum per presentes de eadem investimus et ad possessionem corporalem et realem eundem Matthiam induximus Curam animarum parochianorum utriusque sexus ac regimen spiritualium et temporalium eidem Mathie comittentes, ita tamen quod ipse Mathias de huiusmodi cura et administracione sciat in dis~~creto~~tricto iudicio rectam deo reddere racionem / Quocirca discrecioni tue comittimus et mandamus quatenus prefatum Mathiam auctoritate nostra tibi hac vice comissa in et ad dictam Ecclesiam in Zuzola et ad eius possessionem corporalem et realem inducas et eidem de universis et singulis fructibus redditibus iuribus et obvencionibus universis dicte Ecclesie respondere et satisfacere facias sibique claves libros calices ornatus sacramenta et alia bona ipsius Ecclesie tamquam vero Rectori trade et assigna ipsum nichilominus in facie Ecclesie parochianis utriusque sexus verum et legittimum plebanum sive Rectorem nunciando, ipsisque ne alicui alteri preterquam dicto Mathie in spiritualibus et alijs licitis et honestis obediant et ad ipsum pro parcipiendis (sic) sacramentis et divinis audiendis et non alibi accedant, mandando et precipiendo; quibus

quibus eciam nos tenore praesencium praecipimus et mandamus. In cujus rei testimonium praesentes scribi ac sigillo nostro minori fecimus communiri. Actum et datum in Czirwensko die decima octava Mensis Octobris Anno domini Millesimo quadringentesimo sexto, consecrationis vero nostre Anno decimo etc.

Ex originali Musaei Ord. Zam.

---

pergaminowy — format mały — brak pieczęci (tylko pargam. tasiemka) — od W. Rychtera.

Na stronie odwrótnej zatytułowano: Investitura super Zurola 1406.

Z kollacyon. sam

Z archiwum Kollegjaty Kaliskiej.

10

139

R. 1406.

In Nomine Domini Amen. Nos Nicolaus Dei gratia Archiepiscopus Sanctae Gnesnensis Ecclesiae, Arbiter, Arbitrator et amicabilis compositor, per et inter honorabiles et discretos viros Dominos Magistrum Bliziborium, Canonicum ecclesiae Sanctae Mariae Collegiatae in Kalis suo et aliorum praelatorum et canonicorum eiusdem ecclesiae, de quorum ratihabitione et praesertim Domini Andreae Praepositi excepto Archidiacono, qui Cardinalis existit, pro quo cavere recusavit tunc nobis cavit nomine Magistrum Nicolaum Galca, procuratorem Venerabilis Domini Nicolai, Vicecancellarii, etiam Canonici dictae ecclesiae ex una ac discretum Nicolaum Borcowicz, Rectorem seu plebanum ipsius ecclesiae ex altera partibus et nominibus de et super institutione Rectoris scolae, campanatoris, Sacristiani seu Vicecustodis cura animarum, cantus missarum et custodia rerum ecclesiae praedictae ac offertoriis, oblationibus, spoliis et aliis obventionibus in dicta ecclesia quibuscunque, quas dictus Nicolaus Borwicz (sic), plebanus, se et suis usibus vendicabat, nec non super omnibus causis, litibus, quaestionibus, controversiis, rancoribus et displicentiis eorum et cuiuslibet eorum occasione inter partes praedictas et Vicarios praedictae ecclesiae Sanctae Mariae hincinde quocunque et quolibet suscitatis et exortis, pendentibus, perpetratis et commissis ac ex eisdem et eorum quolibet emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis, concorditer, communiter et prout in instrumento compromissi publico desuper confecto, ac per discretum Benedictum Mathiae de Modla, clericum Gnesnensis dioecesis publicum Imperiali auctoritate notarium consignato et subscripto plenius continetur, nominatus et electus ex potestate nobis tradita et concessa ac sub poena centum marcarum grossorum latorum Pragensium adiecta, et contenta et emologata et per partes praedictas assumpta et approbata modoque et forma expressis in eodem compromisso solvenda, recepto compromisso huiusmodi pro bono pacis et concordiae inter partes praedictas et cultu divino in ecclesia praedicta adaugendo visis et diligenter inspectis pro parte utraque coram nobis propositis intentionibusque eorum rite discussis ac deliberatione matura recensitis Christi nomine invocato de et super omnibus et singulis praemissis et eorum quolibet arbitramur, dicimus, pronuntiamus, laudamus, sententiamus, diffinimus, praecipimus, disponimus et ordinamus in his scriptis, ut sequitur, in hunc modum. Inprimis quidem sententiamus, pronuntiamus, arbitramur, dicimus, laudamus, diffinimus, praecipimus, disponimus et ordinamus, quod omnes et singulae causae, lites, quaestiones, controversiae et displicentiae inter dictas partes ab olim et nunc super institutione Rectoris scolae, campanatoris, Sacristiani seu Vicecustodis, cura animarum, cantus missarum, custodia rerum, offertoriis, oblationibus, spoliis et ex eisdem emergentibus, incidentibus, dependentibus et connexis ubicunque et coram quocunque seu quibuscunque Iudice vel Iudicibus ortae vel delegatis suscitatae et exortae extinguantur et desertentur ipsasque extinguimus et desertamus de cetero per easdem partes nullatenus suscitandas.

Item pronuntiamus, arbitramur, diffinimus, ut supra etc. dictus Nicolaus, plebanus, et quilibet successor suus de cetero pro tempore pro canonico inter alios Canonicos dictae ecclesiae Collegiatae Sanctae Mariae reputetur, nominetur, teneatur, quem ex nunc in Canonicum ipsius ecclesiae tam au- auctoritate nostra ordinaria, quam ex potestate nobis concessa. facimus, creamus et eligimus curam animarum eidem ecclesiae annexam tam in dicti Nicolai, quam in aliorum praelatorum et canonicorum ipsius ecclesiae Viccarium et Viccarios coniunctim et divisim cottidie vel hebdomadatim per ipsos exercendam. et implendam transferentes, quam praesentibus in ipsos viccarios transfundimus, transferimus temporibus perpetuis duraturis cum missalibus, annonis in Noskowo et offertoriis, oblationibus, spoliis, sepulturis, vigiliis, psalteriis et obventionibus quibuscunque, quas annonas, offertoria, oblationes dicti viccarii habebunt et recipient ratione curae animarum antedictae. Item pronuntiamus, arbitramur, laudamus, ut supra, quod dictus Nicolaus, canonicus et quilibet successor suus vocem et stallum inter praelatos et canonicos praedictae ecclesiae habeat et habeat cum pleno iure. Item pronuntiamus, arbitramur, diffinimus, ut supra, quod dictus Nicolaus et quilibet successor suus de cetero nullum respectum habeat ad misales, annonas, offertoria et oblationes antedictas. Item pronuntiamus et arbitramur, dicimus, ut supra, quod dictus Nicolaus et quilibet successor suus Viccarium loco sui in dicta ecclesia Collegiata teneat et teneat, salleviet et salleviet eo modo, quo et ceteri viccarii aliorum canonicorum in ipsa ecclesia sunt sallariati et dotati. Item pronuntiamus, dicimus, arbitramur, ut supra, quod dicti viccarii de cetero sint perpetui et quod eorum institutio ad putationem canonicorum suorum, ipsorum quoque correctio ad praepositum pertineat ecclesiae supradictae. Item pronuntiamus, arbitramur, diffinimus etc. quod praepositus qui in dicta ecclesia fuerit pro tempore, Rectorem scolae, quem exnunc in dicta ecclesia erigimus, creamus et facimus, de consilio Archidiaconi et Canonicorum praedictae ecclesiae, de cetero instituat, qui Rector scolae, qui antea campanator dicebatur, unum campanatorem loco sui pro pulsandis campanis et servitiis Ecclesiae tenebit, pro ipso servituris. Cui quidem Rectori scolae praefatus praepositus unam sexagenam grossorum, vel decimam in villa Zagorze, ad praepossituram suam pertinentem, Archidiaconus vero unam marcam, praefatus quoque Nicolaus et quivis alius Canonicus per mediam marcam singulis annis pro suo salario dare tenebitur, medietatem ad festum Sancti Michael et aliam medietatem ad festum pasce eidem persolventes. Item pronuntiamus, quod dictus Rector scolae portionem cum viccariis praedictae ecclesiae habeat omnium oblationum, missalium et obventionum praedictarum et quod intret ecclesiam superpilitiatus, sicut ceteri viccarii. Item pronuntiamus, arbitramur, praecipimus, ut supra, quod Archidiaconus de consilio et consensu praepositi et aliorum canonicorum praedictae ecclesiae et in absentia sua praepositus Sacristianum seu custodem, qui res ipsius ecclesiae custodiat, in dicta ecclesia instituat,

qui quidem sacristianus seu custos duas partes seu portiones omnium proventuum et obventionum in dicta ecclesia provenientium, in quantum quaelibet portio tangit quemlibet viccariorum, exceptis missalibus, quorum unam, sicut quilibet viccariorum habebit portionem, ratione sui officii praedicti percipiet et levabit. Item quod omnes praelati, canonici et viccarii infra divina officia non intrent ecclesiam, nisi superpelliciati sub poena excommunicationis et unius fertonis ab ipsis irremisibiliter exigendi. Item pronuntiamus, arbitramur mandamus, ut supra, quod dictae partes omnia et singula praemissa, per nos arbitrata, sententiata, laudata et pronuntiata, ut praefertur, inviolabiliter et sub poena centum grossorum latorum Pragensium in dicto instrumento compromissi adiecta et contenta, modoque et forma in eodem instrumento compromissi descriptis solvenda, debeant tenere et firmiter observare, potestatem nobis super his et aliis omnibus et singulis emergentibus incidentibus et dependentibus ab eisdem iterum et pluries arbitrandi, declarandi, dicendi, condempnandi, corrigendi, addendi et minuendi expresse et prout melius possumus reservantes. Quam quidem sententiam, pronuntiationem, dictum, laudum, arbitrium, praeceptum et diffinitionem per nos, ut praemittitur, sic prolatas, nos dictae partes, videlicet Dobco et Blizborius, canonici, necnon Magister Nicolaus Galka, procurator Domini Nicolai, Viccecancellarii ac Nicolaus Borkowicz praedicti ibidem praesentes unanimiter et concorditer emologaverunt et approbaverunt, eadem omnia et singula sic per nos prolata seu pronuntiata promittentes et quilibet eorum promittens ad requisitionem nostram nobis tenere et inviolabiliter observare ac in nullo contravenire sub poena suprascripta. In cuius rei testimonium praesentes nostras litteras seu praesens publicum Instrumentum per Iacobum Stanislai de Pyantek scribi et publicari mandamus et nostri appositione sigilli iussimus communiri. Actum et datum in Castro nostro Opatow decima quinta die mensis Decembris Anno domini millesimo quadringentesimo sexto, Indictione decima quarta horarum tertiarum vel quasi, pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Innocentii Papae septimi, anno tertio. Praesentibus discretis viris Dominis Benedicto in Ianczewo, Clemente in Dobrowo, Ioanne in Oporowo, Rectoribus parochialium et Alberto viccariis Collegiatae Lanciciensis ecclesiarum et aliis pluribus testibus fidedignis.

Ego Iacobus Stanislai de Panthek, Clericus Gnesnensis Dioecesis, publicus Imperiali auctoritate Notarius. Quia praedictis sententiae arbitrariae, pronuntiationi, diffinitioni, dispositioni, ordinationi praecepto, poenae adiectioni, potestatis reservationi, approbationi, et emologationi aliisque omnibus et singulis praemissis, dum sic, ut praemittitur, fierent et agerentur, una cum praenominatis

testibus praesens interfui eaque sic fieri vidi et audivi. Ideo hoc praesens publicum instrumentum per alium, me aliis arduis praepedito, scribi procuravi et de mandato praefati Reverendi Domini Nicolai Sanctae Gnesnensis ecclesiae Archiepiscopi arbitri, arbitratoris et amicabilis compositoris in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis una cum appositione sigilli ipsius Domini Nicolai, Archiepiscopi Gnesnensis, consignavi, in fidem et testimonium omnium et singulorum praemissorum requisitus.

1407. [29.VI, Lancicia.]

Nos Iohannes de Oleschnicza iudex Cracouiensis generalis et iudex commissarius per serenissimos principes et dominos, Vladislaum regem Polonie etc. ab vna, et Semouithum eadem gracia ducem Mazouie, parte ab altera, in causa infrascripta specialiter deputatus, ad perpetuam rei memoriam. Significamus, quibus expedit, vniuersis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quod cum materia questionis inter predictos principes, dominum regem Polonie etc. ab vna, et dominum Semouithum ducem Mazouie etc. vt premittitur, parte ab altera, pro, (de) et super villa Doninow dicta, sita inter limites terre Cuiauie, iudicialiter coram nobis Lancicie fuisset mota, quam causam vt eo plenius inter partes iusticie plenitudinem valuissemus experiri, in crastino Assumpcionis beate Marie virginis in Nouaciuitate alias Korczin, deinde ad colloquium generale post festum sancti Michaelis archangeli immediate sequens Cracouie celebratum duximus deuoluendam, terminos ipsis iuridicos vtrisque partibus predictis ibidem prefigentes, ac demum, ne parti aduerse, videlicet duci Semouitho antedicto propter loci distanciam preiudicium a nobis fieri visum fuisset, eciamque consonum et condignum nostre apparuit racioni, vt vbi causa inchoata fuit, ibidem debuit et finiri, terminum eis sepofatis vtrisque partibus peremptorium et vltimum assignauimus, quarta die domini regis Lancicie felicem post ingressum. Termino vero huiusmodi antedictis vtrisque partibus per nos prefixo ibidem Lancicie, vt prefertur, veniente, vbi multitudo domi-

norum prelatorum, baronum et dignitariorum tam regni Po-
lonie, quam eciam ducatus Mazouiensis nobiscum iudicio
presidebat, intelleximusque, (quod) materia questionis in
facto ville predicte ad limitacionem granicierum omnino se
extendit, sepefatis partibus vtrisque inter regnum Polonie
et ducatum Mazouientem predictam granicierum limi-
tacionem cum probacionibus consuetis dare decreuimus,
consilio dominorum iurisperitorum, prelatorum et baronum
pretactorum mediante. Ipse enim dominus dux Semouithus
pro rato et grato huiusmodi nostrum decretum habere vo-
lens (!), iurique obedire renuens, de iudicio contumaciter
recessit eodem. Nos vero vltra consuetudinem terre et iudi-
cum iura et vltra quam oportunitatem prima, secunda,
tercia et quarta ex superhabundanti vice clamantes, si quis
contra ferendam nostram sentenciam dicere velt vel ipsam
arguere, arguat aut dicat, quia huiusmodi sentenciam ferre
volumus eamque iudicialiter declarare. Nemine tunc contra-
dicente predictam villam Duninow cum omnibus et singu-
lis ipsius pertinencijs et obuencionibus vniuersis pleno iure
et dominio ob ipsius domini ducis Semouithi predicti con-
tumaciam iurisque ac iudicij inobedienciam serenissimo
principi et domino, domino Vladislao Dei gracia regi Po-
lonie etc. vt premittitur, predicto, de consilio dominorum
prelatorum et baronum predictorum temporibus perpetuis
adiudicauimus, ducique Semouitho predicto super huius-
modi villa Duninow perpetuum silencium imposuimus,
nostra diffinitiua sentencia mediante. Harum quibus
sigillum nostrum appensum est testimonio literarum.
Actum et datum Lancicie feria quarta proxima infra

octavas sancti Iohannis baptiste, sub anno domini mil-
lesimo quadringentesimo septimo. Presentibus hijs domi-
nis: reuerendo in Christo patre et domino, domino Nicolao
dei gracia archiepiscopo Gnesnensi, Petro Cracouiensi, San-
diuogio Posnaniensi, Iacobo Siradiensi palatinis, Cristino
Sandecensi, Clemente Visliciensi, Ianussio Kalisiensi, Io-
hanne Cruswiciensi castellanis, Iacobo Kalisiensi, Nicolao
Posnaniensi, Petro Siradiensi et Petro Lanciciensi iudicibus
generalibus et alijs pluribus fidedignis.

Teka Naruszewicza 10 N. 105 z oryginału pergamino-
wego, przechowanego niegdy w Archiwum Koronnem,
opatrzonego jedną pieczęcią, zawieszoną na pasku per-
gaminowym.

1407. [14. XI, Nepolomice]

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Quia tunc multis errorum et dubiorum incomodis prudenter occurrimus, dum gesta etatis nostre literarum apicibus et testium annotacione perhennamus, proinde nos Wladislaus Dei gracia rex Polonie, necnon terrarum Cracouie, Sandomirie, Syradie, Lancicie, Cuyauie, Lithwanieque princeps supremus, Pomeranie, Russieque dominus et heres etc. significamus tenore presencium, quibus expedit, vniuersis, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris, quomodo attente mentis intuitu perpendentes grate et multum accepte fidelitatis studiosa obsequia, quibus Taczco iudex Sanocensis et Dimiterius filiaster eius, filius olim Georgij, de Hoczew heredes, nobis placere meruerunt et in futurum aucto fidelitatis studio prestancius poterint complacere, horum intuitu volentes ipsos specialis gracie prosequi fauoribus et ad obsequia nostra reddere continuo prompciorem (s). ipsis eorumque liberis et successoribus legittimis villas Hoczew et Zahoczewye, quas progenitores a predecessoribus nostris in feodum habuerunt, occasione seruiciorum per ipsos ad quamlibet expedicionem cum duabus lanceis et tribus sagitarijs faciendorum, specialiterque vtrasque villas Terpiczowi, in terra Sanocensi sitas, predicto Taczconi iudici Sanocensi et Mathiaschoni Hungaro, eque ambobus, in effectum seruiciorum ab eis per nos et successores nostros o . . . . .[1] eorum ad quamlibet expedicionem cum tribus sagitarijs, decenter expeditis occurrentem, que seruicia predecessores nostri ab eorum progenitoribus obtinebant, prout eedem ville in suis metis et granicijs longe, la-

[1] miejsce wypełniony i nieczytelny.

te circumferencialiterque ab antiquo sunt limitate et distincte, cum universis et singulis earum utilitatibus, fructibus, proventibus, censibus, redditibus, agris, pratis, campis, silvis, nemoribus, gajis, mericis, quercetis, virgultis, venacionibus, aucupacionibus, mellificijs, piscinis, piscaturis, lacubus, paludibus, molendinis, fluvijs, rivis, aquis et aquarum decursibus, coherencijs, pertinencijs et appendijs ad easdem villas quomodolibet ab antiquo spectantibus, de innate nobis celsitudinis clemencia damus, conferimus, appropriamus, incorporamus, ascribimus et donamus donacione perpetua et in evum, per eosdem Taczconem, Dimitrium et Mathiaschonem Hungarum eorumque liberos et successores legitimos habendum, tenendum, utifruendum, de nostroque consensu et voluntate speciali vendendum, commutandum et ad usus beneplacitos convertendum ac pacifice temporibus perpetuis possidendum. Racione cuius incorporacionis prefati Taczco, Dimitrius et Mathiasch Hungarus nobis et nostris successoribus servicijs supradescriptis ad quamlibet expedicionem servire tenebuntur et de omnibus exaccionibus ac contribucionibus iuxta terre consuetudinem efficaciter respondere. Harum quibus sigillum maiestatis nostre appensum est testimonio literarum. Actum in Nepolomice feria secunda proxima post festum sancti Martini confessoris, anno Domini millesimo quadringentesimo septimo. Presentibus reverendis in Christo patribus, dominis: Nicolao archiepiscopo Gneznensis, Alberto episcopo Poznaniensis ecclesiarum, necnon validis strenuisque viris: Iohanne de Tarnow, castellano Cracoviense, Petro Kmithe Cracoviense, Iohanne Liganza Lanciciense, Iacobo de Conyecpolye Syradiense palatinis, Michaele de Bogumilowice Lublinense et Clemente de Moszcorzow Wisliciense castellanis, multisque alijs nostris fidelibus fidedignis. Datum per manus honorabilis Nicolai prepositi sancti Floriani ante Cracoviam, regni Polonie vicecancellarij, nobis sincere dilecti.

Ad relacionem eiusdem Nicolai, regni Polonie vicecancellarij etc.

Dokument pergaminowy, opatrzony majestatową pieczęcią królewską, znacznie uszkodzoną, zawieszoną na paśmie z różowego i zielonego jedwabiu.

In nomine Domini amen. Nouerint vniuersi et singuli, presencium seriem visuri, quod ego Dobrogostius miles heres in Prusszi, prehabito diligenti ac sollempni tractatu cum singulis consanguinibus et amicis meis, ipsorum omnique deinceps accedente consilio et assensu vnanimi, talem commutacionem hereditatum cum venerabili in Christo patre et domino, domino Henrico abbate monasterij in Paradiso, ordinis Cisterciensis, dyocesis Poznaniensis ac eius conuentu ibidem me fecisse publice recognosco per presentes. Ita videlicet, quod villam meam Rogacz nuncupatam, in districtu Costanensi sitam, cum omnibus iuribus, fructibus, censibus, prouentibus, vtilitatibus et libertatibus, quibuscumque censeantur nominibus, nunc existentibus et in futurum fiendis, cum omni iure et dominio, sicuti ego ipse eam possedi, prefato domino Henrico abbati et conuentui suo omnibusque successoribus ipsorum dedi, contuli et assignaui iure hereditario in perpetuum possidendam et ad vsus beneplacitos conuertendam, prout ipsis et eorum successoribus videbitur expedire. Loco huius hereditatis predictus dominus Henricus abbas et suus conuentus hereditates suas, scilicet Inych, Gralowo, Zawlostouo alias Camonca, Suchcino et Pszeradz nuncupatas, in districtu Poznaniensi sitas, similiter cum omnibus fructibus, censibus, prouentibus et vtilitatibus, quibuscumque censeantur nominibus, sicuti ipsi eas possederunt, michi meisque le-

gittimis heredibus iure hereditario dedit, contulit et assi-
gnavit possidendas et ad vsum beneplacitum commutandas.
Ita tamen, quod ego meique legittimi heredes predicto domi-
no abbati et conventui ad predictam commutacionem
superaddere debeo centum et quinquaginta marcas grosso-
rum Pragensium Polonicalis numeri in proximo videlicet fu-
turo festo Nativitatis Christi ~~quadraginta~~ quinquaginta marcas et post
hoc evoluto anno in eodem festo Nativitatis Christi reliquas
centum marcas grossorum predictorum debeo indilate exsolvere
et presentare. Quod si fortasse, quod absit, non quivero pre-
dictas centum marcas in dicto festo Nativitatis Christi evo-
luto anno exsolvere, extunc medietatem ipsarum, scilicet
quinquaginta marcas debeo incunctanter eis persolvere et pro
residuis quinquaginta marcis censum quinque marcarum
singulis annis ipsis et eorum successoribus in prefato festo
debeo presentare, donec prescriptas quinquaginta marcas in
vna summa plene persolvero eisdem. Tali tamen pacto et
condicione ex ~~vtraque~~ vtrorumque parcium consensu interve-
niente, ut videlicet, si serenissimus dominus noster Wladi-
slaus rex Polonie dicte commutacioni graciosum suum pre-
buerit assensum, ~~extunc~~ extunc omnis predicta, ut premit-
titur, commutacio perpetuum sorciatur effectum; alioquin
si ipse dominus noster rex suum noluerit adhibere consen-
sum, extunc ego ad meam et predictus dominus abbas et
suus conventus ad suas revertant hereditates. Ita tamen,
quod nec ego dicto domino abbati nec ipse dominus ab-
bas michi quampiam de perceptis fructibus predictarum
ex vtraque parte hereditatum refundere teneantur, sed v-
traque quidquid ex censibus seu fructibus hereditatum pre-

mistarum a presenti tempore perceperit sine condicione ex utrarumque contentu parcium libere retinebit: excepto, quod si predictus dominus abbas et suus conuentus a me seu heredibus meis aliquam pecuniam de predictis centum et quinquaginta marcis in toto uel in parte perceperit, hanc integraliter in toto uel in parte reddere teneatur. Eciam a data presencium ipse dictus dominus abbas et suus conuentus ad meam et ego ad istorum pleno iure migrabimus hereditates et ad fructuum hinc inde percepcionem, quousque serenissimi domini nostri regis plenum potuerimus habere consensum. Et ut hec suprascripta commutacio in omnibus suis punctis et clausulis inuiolabilis perseueret, presentem literam sigillo dilectissimi patris mei Stanislai Colyczky ac meo proprio dedi communitam.

Oryginał pergaminowy, przechowany w bibliotece Raczyńskich w Poznaniu. Jakkolwiek nie ma najmniejszego śladu przywieszenia pieczęci, przecież w bibliotece Raczyńskich przechowana jest osobno pieczęć (E. 8), która od niniejszego dokumentu pochodzić ma. Może dokument miał szeroką zakładkę, która w całości wraz z śladami przywieszenia pieczęci odcięta została.

1408. [18.X, Płock.]

In nomine Domini amen. Cum humana negocia, que fiunt
in tempore, simul labuntur cum tempore, sed perpetuam ip-
sius rei memoriam scripture testimonio ac testium annotacio-
ne solent perhennari. Proinde nos Semouithus Dei gracia
dux Mazouie princepsque et dominus terrarum Plocensis, So-
chaczouiensis, Rawensis, Gostinensis, Plonensis necnon heres
Wisnensis, significamus tenore presencium, quibus expedit
vniuersis, presentibus et futuris, quod consideratis et in-
spectis diligenter fidelibus ac constantibus seruicijs, qui-
bus se nobis nobiles viri, nostri fideles de geneologia ac
cleynodio Bolestarum infrascripti fratres, propinqui et
cleynodiales a multis retroactis temporibus promptos ex-
hibuerunt et in futurum exhibebunt Deo dante, volentesque
infrascriptos nominatim nobiles et eorum successores legit-
timos speciali dono nostre ducalis magnificencie prose-
qui et fauore, vt eo validius et vberius ad nostra famula-
mina et nostrorum successorum possent promoueri, vni-
uersos et singulos nobiles infrascriptos proclamacionis
coni ~~(et)~~ et cleynodij Bolesty ac quemlibet ipsorum et
eorum successores legittimos coniunctim et diuisim,
istos, qui huic scripto inseruntur, vtputa Boleslaum cas-
tellanum Wischegradensem, Nadberium vexiliferum,
Pomstiborium fratrem eius, Petrum et Gugouo, fratres
et heredes de Campa, Iacussium cum fratribus de Ipsa-
nij, Petrum Cruglicza de Czeschewo et omnes alios fratres
ipsorum nobiles tamquam nominatim descriptos et quem-
libet ipsorum communiter et diuisim ac pueros, heredes
et successores ipsorum legittimos de geneologia, proclama-
cione et cleynodio predicto Bolesty ortos, progressos et
progrediendos et ab hac vice eniternis temporibus libera-
mus, eximimus et penitus absoluimus ab omni potestate
et iurisdiccione et ab omnibus vexacionibus et iudicijs om-
nium nostri ducatus palatinorum, castellanorum, iu-
dicum, subiudicum et quorumuis officialium et ministe-
rialium eorundem, ut non peramplius coram ipsis vel
aliquo ipsorum in omnibus causis tam magnis quam
paruis omnibus de se querulantibus et cuiquam suorum
aduersariorum citati non tenebuntur respondere, pena
eos et eorum quemlibet nulla sequente, nisi coram perso-
na nostra ducali uel nostrorum successorum. Tempore

Tempore

./. vero eo, quo in Ducatu et terra nostra non fuerimus constituti, coram iudice nostro terrestri generali, dum tamen per literam nostre maiestatis et in absencia nostri in terra nostra, ut premissum est, capitanei nostri aut sui vicesgerentis anulo seu sigillo sigillatam, citati fuerint seu evocati, ipsorum nobili iure respondebunt; et si in aliquibus penis magnis et parvis in ipso iudicio nostro manserint seu fuerint iudicialiter condempnati, nulli eas domino dominorum honoratorum nostrorum vel eorum zuppariorum solvere tenebuntur, nisi ad solvendum iudici quatuor, subiudici duos grossos pro pena quinquagintali temporibus perpetuis sint astricti; penis tamen nostris et nostrorum successorum in omnibus salvis. Et ut presentes nostre litere ac huiusmodi iuris donaciones robur perpetue firmitatis obtineant, easdem nostras literas et donaciones nostre maiestatis sigilli munimine iussimus communiri. Acta sunt hec et data in Ploczsko ipso die sancti Luce, anno Domini M° CCCC° octavo. Presentibus hijs nostris assessoribus, dominis Andrea de Bolkowo castellano, Paulo de Radzanowo vexillifero, Gothardo iudice Plocensibus, Saxino Gamba succamerario, Paulo castellano Gostinensibus, Adam Swinka de Zelona, Iohanne de Conino, Iohanne de Czwiklino, Michaele vicecancellario et Przeczslao notario curie nostre et alijs quampluribus fidedignis.

1410. [3. II, Płock.]

In nomine Domini Amen. Quoniam humanarum rerum et gestorum labilis perit memoria, ad perpetuam igitur rei memoriam testium annotacione et scripture testimonio sunt deuoluenda. Proinde nos Iacobus Dei et apostolice sedis gracia Episcopus Plocensis ad perpetuam rei memoriam tam presencium, quam futurorum noticiam tenore presencium deducimus, quod licet Ecclesia parochialis in Lomza nostre diocesis per predecessorem nostrum Episcopum Plocensem ad honorem Dei Omnipotentis et beatorum Petri et Pauli atque Andree apostolorum ac sanctorum Laurencij martyris et Catherine virginis ad instanciam Illustrissimi Principis et Domini Iohannis Ducis Mazouie patronis, ibidem in Lomza fundata siue erecta existit, tamen nulla parochia ab alijs parochijs distincta forsitan morte predecessore suo preuento eidem attributa existit, propter quod huiusmodi ecclesia defabulacioni seu desolacioni subiacebat et predecessoris nostri pia intencio oblato debuit frustrari effectu. Proinde dictus dominus princeps volens huiusmodi pium opus ad debitum deducere effectum, et proponens ea, quorum fructus in celis perseuerat ac abundat, qui non perit, sed permanet in eternum, oportuno nobis supplicauit, vt villas siue areas ac loca infrascripta, videlicet: Oppidum Lomza, Siemien, Podgorze, Gelczyn, Konarzyce, Lomzyca, antiqua Lomza, Kupiski, aream desertam, Newaczewo eciam aream desertam ac homines vtriusque sexus in eisdem inhabitantes et inhabitaturos nomine et iure parochie attribuere, adscribere siue adimere, decimam, que in dicto oppido Lomza mense nostre Episcopalis et ad nos spectantem in sexaginta mansos agrorum mensure Culmensis dicte Ecclesie ac Lectoribus ipsius donare pro tempore et perpetuis temporibus adscribere et inscribere dignaremur. Nos vero Iacobus Episcopus prefatus diuinum cultum nostris temporibus et expost cupientes et volentes augere, et saluti animarum periculo, prout ex debito officij nostri tenemur in Nostra diocesi

quantum cum Deo possumus obuiare et prouidere, et
vt ipsa ecclesia in suis iuribus libera et indistincta per-
maneat in futurum et integra, Rectorque, qui sibi pre-
erit pro tempore commodius sustentari et diuinum cultum
eo libencius ac feruencius valeat exercere, ipsas villas ac
oppidum vt premittitur, quas adeo ab alijs Ecclesijs ex de-
bita Canonica et diligenti inquisicione didicimus et per-
cepimus ac per nostros Commissarios ad hoc specialiter de-
putatos sumus informati iuridice remote distancie, quod
homines vtriusque sexus in eisdem commorantes ad diui-
na audienda et ecclesiastica sacramenta percipienda
commode accedere non poterant, et vt sepius in baptismo
paruulorum, penitencia et alia participacione Sacramen-
torum negligebant, et sic anime ipsorum propter premis-
sa proh dolor dispendium incurrebant et solebant in-
currere. Huiusmodi periculis animarum occurrere ac
incommodis dictorum incolarum oppidi et villarum,
arearum et locorum predictorum paterno affectu pro-
uidere cupientes, predictum Oppidum Lomza et villas
suprascriptas, videlicet: Sienien, Podgorze, Gelczyn, Ko-
marzyce, Lomzyca, antiqua Lomza, Kupiski et incolas
et inhabitatores ipsarum vtriusque sexus ad dictam Ec-
clesiam in Lomza et ad ipsius Rectores pro tempore tam-
quam ad propinquiorem iure parochiali et pro parochia-
tantum exnunc et in antea et perpetuis temporibus dic-
te Ecclesie donamus, damus, adiungimus et per presen-
tes ascribimus. Rectoribus eiusdem Ecclesie, qui fuerint
pro tempore in Lomza in eodem oppido, villis et homini-
bus earum curam parochie in antea et futuris tempo-
ribus existendum secundum iuris disposicionem decre-
uimus et nunc decernimus committens nihilominus et
presentibus committimus Rectori dicte Ecclesie in Lom-
za, qui fuerit pro tempore et non alteri in dictis op-
pido, villis ac incolis et inhabitatoribus ipsarum vtrius-
que sexus curam animarum ac administracionem
Ecclesiasticorum Sacramentorum et aliorum iurium paro-
chialium regimen, ac ipsis incolis vtriusque sexus inha-
bitantibus, ne alibi quam in dicta Ecclesia in Lomza
et Rectoribus ipsius pro tempore Sacramenta ecclesiastica
et iura parochialia quecumque percipiant et percipere
presumant. Et vt consolacionem spiritus sancti et sancto-
rum omnium suffragia, in quorum honorem dicta Ec-
clesia in Lomza fundata existit, obtinere valeamus,
fauoribus prefati Domini Iohannis Ducis occurramus,

quod nobis et Ecclesie nostre impendit et ad impendendum in futurum se offert promptum et beneuolum, Domino concedente de vnanimi consensu venerabilium virorum DD. Capituli ecclesie nostre Plocensis de data presenti in Capitulo generali iuxta consuetudinem Ecclesie nostre congregatorum celebrato, habitisque cum ipsis fratribus nostris super premissis iudicijs ac maturis et solemnibus tractatibus, huiusmodi decimam mense nostre Episcopalis et ad nos spectantem in dicto oppido Lomza in sexaginta mansis agrorum mensure Culmensis, qui nunc sunt, et in futurum extirpari poterint, si in tanto numero reperiri poterint, alias qui reperientur, dum tamen dictum numerum non excesserint, sub modo infrascripto in fauorem dicti domini ducis ac salutem nostram dicte Ecclesie in Lomza et Rectoribus ipsius pro tempore damus, donamus, adscribimus et perpetuis temporibus circa huiusmodi Ecclesiam permansuram incorporamus ad dictam Ecclesiam et Rectores ipsius pro tempore inuestimus et inducimus de eadem his in scriptis. Decimas vero in supradictis villis et in dicto oppido Lomza in mansis dictis numero sexaginta mansos supradictos excludentes, nobis et nostris successoribus reseruamus. Et quia dignum est, vt a quo quis temporalia metet, eidem spiritualia seminare teneatur, ideo tenore presencium ordinamus et sub districcione diuini iudicij disponimus, quod Rectores, qui pro tempore dicte Ecclesie prefuerint, nobis in humanis agentibus, semel in septimana pro peccatis nostris unam missam, ac de hac luce migrantibus eciam in septimana vnam missam animarum cum anniuersario nostro missam cum vigilijs dicent vel legent ac dicere vel legere sint adstricti. In quorum omnium et singulorum fidem (et) testimonium premissorum, presentes scribi et sigillorum nostrorum dicti Capituli nostri maiorum appensione fecimus roborari. Actum et datum in crastino Purificacionis beate Marie Virginis gloriose, in Plocko in domo nostre habitacionis, in capitulo generali, sub Anno domini 1410, Consecracionis vero nostre tercio decimo celebrato. Presentibus ibidem Venerabilibus viris dominis: Dyslao preposito, Stanislao (decano), Andrea archidiacono, Swantoslao custode, Dacibogio Cantore, Stanislao cancellario, Nicolao custode Vladislauiensi, Fratre Stanislao Abbate Czeruenensi, Mroczkone officiali, Andrea Kuhala, Swantoslao et Iohanne de Lang, Paulo de Gostancice, Bernardo de Starzyno, Swantoslao de Rus, Martino de Nexino, Swantoslao de Sandzyno, Paulo, Lazaro

Canonicis Plocensibus et quam plurimis fidedignis.

Przepisano z wizyty Szembekowskiej, do której dokument ten z wielkiemi jak widać błędami inserowanym został.

Z kopii senat. Stronczyńskiego.

1410. 150

Obl. Crac. 16 pag. 351.

[13. XII, Garwolin]

In Christi nomine amen. Ad rei memoriam sempiternam Joannes Dei gratia senior Dux Masovie et Russie X terrarum dominus et heres Czirnensium, quibus expedit, universis presentibus et futuris ad notitiam deducimus et deduci volumus per hec scripta, quia attenta nobilitate, constantia ac servitiorum fidelium instantia nobis a nonnullis temporibus retroacta per nobilem Stiborium dictum Lula, heredem de Thubize exhibita et impensa et ad que una cum suis liberis nobis et successoribus nostris exhibenda et impendenda Christo dicte(?) ~~reddidit~~ in posterum reddidit se promptiorem, sibi suisque posteris sculteriam in villa nostra Unino dictam in districtu Czernensi iacentem dedimus damus adscribimus appropriamus et in verum titulum hereditarium gratiose conferimus, nomine cujus sculteie habebit et ex nunc habeat quatuor mansos liberos mensure Chulmensis, tertium denarium cujuslibet rei iudicate sive in ipsa villa Unino judicande tertium denarium de tabernis. Insuper predictus nobis dillectus et fidelis Stiborius cum suis pueris infra granicies pluries dicte ville U-

nino plenam et totalem habendi facul-
tatem iuxta iuris Chulmensis exigen-
tiam omnes causas magnas et parvas
criminales et civiles iudicandi ipsamque
scultetiam cum suis pertinentiis ~~tend~~
tenendi habendi regendi gubernandi, pos-
sidendi nec non vendendi commutandi
obligandi et ad usus suos et suorum suc-
cessorum bene placites convertendi, que
De nostra et successorum nostrorum, quan-
tum ad venditionem, commutationem,
et obligationem exercentur, voluntate et
quia unusquisque qui gaudet de mune-
re merito sentire debet de competenti
onere volumus quatenus se predictus
Stiborius ad expeditionem in equo va-
loris quatuor sexagenarum in pancernio-
rum balista et sub saleptra Kolbuczek
dicta to quo opus fuerit, equitet
et Cereza servitia communia impendat
talia, qualia ceteri sculteti, in similibus
bonis locati, exhibere et impendere con-
sueverunt. Harum, quibus et nostrum ma-
ius sigillum est appensum testimonio
litterarum. Datum in Garwolin in die
Lucie virginis et Martyris gloriose sub

anno Domini millesimo quadringente-
simo decimo presentibus strenuis ac no-
bilibus viris Stiborio subcamerario
Zakroczimensi nec non marschalco
curie nostre Henrico Czedlicz, Alberto
de Szapesko, Stanislao de Prusnowo,
Andrea de Niexino et aliis quam plu-
ribus fide dignis testibus ad premissa.
Scriptum per manus Paulik de Borze-
mo Plocensis et Warsoviensis ecclesie
canonici nec non cancellarii curie no-
stre, qui presentia habuit in commissis

1411. [16.X, Bloge]

Nos Petrus de Wydawa iudex terre Siradiensis generalis promittimus bona et pura fide ac fideiubemus tenore presencium venerabilibus viris, dominis capitulo Vladislauiensi pro strenuo milite domino Doberslao de Blogie pincerna Siradiensi ac ipsius heredibus, liberis et proximioribus, quod limites et granicies inter villam suam predictam Blogie ex vna, et villam Szarzacino dictorum dominorum capituli Vladislauiensis parte ex altera, infra hinc et festum Pasche proximum faciet et terminabit realiter et cum effectu perpetuis temporibus inuiolabiliter duraturas, recepto ad hoc de iudicio terrestri domino subcamerario Sandomiriensi vel eius camerario ac ministeriali. Et huiusmodi limites et granicies debent taliter fieri et ordinari, videlicet quod debent incipi super ripam versus villam Szarzancino a fine riuli seu fluuij, qui Bloga wlgariter nominatur, vbi intrat fluuius Pilcza et vlterius, ac superius dicti riuli Bloga per syluam progressiue, que Olszini nuncupatur, et deinde per borram et mericam non minus remote a dicto riulo Bloga. Postquam autem ascensum fuerit per borram et mericam vltra campos ville Szarzacino, ipsos campos non tangendo vsque ad viam, que ducit de villa Szarzacino versus Bloge, tunc vlterius per eandem borram et mericam progressiue, non tangendo in aliquo campos vtriusque ville, tam Bloge, quam Szarzacino, sed progressiue per borram versus molendinum ville Trzebatow, quod iacet super riuulum seu fluuium Trzescla, et tenendo ad manum sinistram viam,

;

/ que ducit (a) Szarzancino versus villam Twarda quousque fuerit deuentum ad lacum circa eandem viam, vbi diuiditur borra inter villas Bloge et Trzebatow, et alias iuxta annotaciones et signa, que nos Petrus de Widawa iudex predictus vna cum domino Petro plebano de Pyjotrkow et Czebba de Nowoszech fecimus seu fieri mandauimus. Si autem prefatus dominus Dobeslaus pincerna limites et granicies huiusmodi infra hinc et festum Pasche predictum non fecerit, vt prefertur, extunc nos fideiussor predictus prefatis dominis capitulo Wladislauiensi in centum marcas grossorum numeri Polonicalis, quadraginta et octo grossos pro marca qualibet computando, obligamus, et insuper huiusmodi limites et granicies debent literis iudicialibus terre Sandomiriensis conscribi et confirmari. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Bloge die beati Galli confessoris, anno Domini millesimo quadringentesimo vndecimo. Presentibus hijs testibus, dominis: Chebda de Nowosech, Stanislao de Druzbicze notario terre Siradiensis generali, Andrea Strahoczki, Rozdzal dicto Poman de Vola, Iohanne Rzekoczki, Iohanne Radoszewiczki et alijs pluribus fidedignis.

Teka Naruszewicza 11 N. 18, z oryginału przechowanego niegdy w archiwum kapituły włocławskiej.

1412. 153

Obl. Crac. 16
pag. 353.
30/6

[Garwolin.]

In nomine Domini amen. Ad memoriam rei sempiternam Joannes Dei gratia senior Dux Mazovie et Russie terrarum Dominus et heres ~~nobs~~ Czirnensium notum facimus omnibus et singulis tam presentibus, quam futuris, ad quorum notitiam devenerint nostre littere presentes, quia coram nobis personaliter constitutus nobilis Stiborius dictus Lula noster fidelis heres de Thlubicze non coactus non compulsus neque aliquo dolo vel fraude seductus sed ipsius mira et spontanea voluntate ac amicorum suorum salubri consilio prehabito, scultetiam suam sed advocatiam cum quatuor mansis mensure Chulmensis, in villa Unino vulgariter dicta in districtu Czirnensi sita ac cum omnibus et singulis iuribus, in aliis litteris plenius descriptis, honesto Petro Narokowicz pro triginta sexagenis grossorum Pragensium vendidit voce irrevocabili, eidem Petro et ipsius pueris resignans perpetue et in eternum, cum omnibus utilitatibus, fructibus, proventibus, reditibus, censibus, usibus, et obventionibus generaliter universis, quibuscunque nominibus nuncupentur ad presens in dicta scultetia existentibus et

qui vel que reperi poterint, per humanam
discretionem quomodolibet in futurum. Qua-
re sit licitum Petro predicto et ipsius succes-
soribus legitimis scultetiam predictam
tenere, habere, gubernare ac pacifice et
quiete temporibus perpetuis possidere, nec
non vendere, commutare, donare, alienare,
obligare et ad usus suos beneplacitos et
suorum successorum convertere prout sibi
et ipsius pueris melius et utilius videbitur
expedire. Sed nostra nostrorumque successo-
rum est voluntas more solito requiratur
in premissis. In cuius rei testimonium
sigillum nostrum majus presentibus est
appensum. Actum et datum in Garno-
lin feria quinta infra octavas Nativita-
tis beati Joannis Baptiste sub anno
Domini millesimo quadringentesimo
duodecimo presentibus strenuis et nobi-
libus Vigando de Powsino, vexilifero Czir-
nensi, Tiborio de Sanchocino marsal-
co curie nostre, Jacusio de Balalanka, Ver-
nere de Pilchowo, Nicolao de Lasneno,
heredibus nostris fidelibus, et aliis quam plu-
ribus fide dignis testibus circa premissa.
Scriptum per manus Pauli de Dorzeno

154

Decani Warszoviensis et canonici Plocensis ecclesiarum nec non cancellarii curiæ nostræ, qui presentia habuit in commissis.-

1413. [3. IV, Vislicye.]

Nos Nicolaus de Strzelce iudex et Petrus de Falcow subiudex terre Sandomiriensis generales, testamur vniuersis, quibus expedit, literam per presentem. Quia nobilis domina Johanna relicta Gnewossij olym de Dalouice, cum Gnewossio et Derslao filijs necnon Dorothea et Elysabeth filiabus suis, venientes ad nostram nostrorumque assessorum presenciam, non compulsi nec aliquo errore seducti, sed de bona et libera ipsorum voluntate publice recognouerunt, villam Tuschina dictam et medietatem ville Cossczelow parwe, cum omni iure et dominio, prout soli tenuerunt et hereditarie possidebant, necnon cum omnibus et singulis vtilitatibus, censibus, fructibus, redditibus, obuencionibus et attinencijs vniuersis, quibuscumque dicantur nominibus, que modo ibidem sunt uel inposterum fieri possunt, nichil pro se uel consanguineis suis in eisdem penitus reseruantes, pro sexingentis marcis latorum grossorum Pragensium numeri Polonicalis consueti, et pro quadam commutacione duorum laneorum in Zandrin, strenuo militi domino Johanni de Tharnow palatino Cracouiensi, suisque veris et legitimis successoribus vendiderunt, commutauerunt, perpetuisque temporibus resignauerunt, per ipsum quoque dominum Johannem et eius successores legittimos memoratam villam Thuschina et medietatem ville Cossczelow prehabite tenendam, habendam, regendam, donandam, commutandam, vendendam, obligandam ac imperpetuum possidenda, prout melius et vtilius eis videbitur expedire. Pro quibusquidem, ut prefertur, hereditatibus a qualibet persona, exceptis proximioribus, ipsum ipsiusque successores debebunt interuenire secundum terre consuetudinem. Harum quibus in testimonium

literarum nostra presentibus sigilla sunt appensa. Datum Vislicye feria secunda post dominicam Letare, in collogquio generali, anno M° quadringentesimo decimo tercio. Presentibus hijs: Reuerendo in Christo patre, domino Alberto episcopo Cracouiense, regni Polonie cancellario, strenuisque dominis Nicolao Sandomiriense, Tasschcone Lanciciense palatinis, Michaele Sandomiriense, Floriano Vislicience, Clemente Radomiense castellanis, et alijs quam pluribus fidedignis.

Dokument pargaminowy, opatrzony niegdy dwiema pieczęciami, z których pozostała tylko druga, w zwykłym wosku wyciśnięta, na pasku pargaminowym zawieszona, wyobrażająca starożytny herb Doliwę. Napis zatarty. Tekst w przecięć Piotra Falkowskiego, podsędka ziemskiego sandomirskiego.

1414 [26.III, Wyszogród] 156

cod. nr. 964. str. 639. Bibl. XX. Czartoryskich

In nomine domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Iohannes dei gratia senior dux Mazovie et Russie terrarum dominus et haeres Czirnensis omnibus et singulis, quibus expedit tam presentibus quam futuris ad quorum noticiam devenerint nostrae litere presentes volumus fore notum. Quod cum Martinus heres de Ostrbowo motus rancore et invidia Falislai de ~~Lubi~~ Sulibargnio bonam famam diffamasset, ipsum asserens et dicens non esse nobilem nec de nobili genere procreatum. Tandem predictus Falislaus ipsam infamiam differe non valens, sed potius sui generis nobilitatem claris testimoniis demonstrare cupiens, nobis humiliter supplicavit, quatenus ipsum Falislaum, una cum fratribus, ad approbandam sui generis nobilitatem admittere dignaremur. Quamquidem Falislai petitionem rationi consonam fore et esse attendentes cum consilio et assensu fidelium nostrorum circa nos residentium, ipsum Falislaum ad declarandam ipsam nobilitatem et sufficienti testimonis approbandam admisimus, qui Falislaus de propriis annis (!) nominatis

157

mori (2) Petrum de Koritowo et Lossiborany de armis?
pnis vero vigintí (1) dictum Petrum et Brzuram quibus
de Pronino, et de tertio clenodio Brodi dominum
Bogusium devenire et Andream de Sironino hae-
redes in testimonium nominandos produxit. Qui
quidem omnes et singuli supradicti die et anno ipsis
deputatis iuramentum corporalem iuxta consuetu-
dinem et statuta nostra, et nostrorum nobilium
praestiterunt, quod praedictus Falislaus fuit, prout
et est a suis parentibus nobilibus procreatus ex vo-
cabulo et annis (1) mori nuncupatus (2). Quibus siqui-
dem testimoniis de relatu fidelium nostrorum offi-
cialium ad ipsum iuramentum prestandum depu-
tatis rite ac rationabiliter conceptis saepe dictum
Falislaum ex nobili genere suorum parentum
fuisse et esse procreatum reperientes ipsum una cum
suis liberis et fratribus exnunc prout extunc et
extunc prout exnunc nobilem fore et esse
pronuntiamus et declaramus, ora quinquam
loqui in supra praemissis obstruentes. In cuius
rei testimonium sigillum nostrum maius prae-
sentibus est appensum. Actum et datum in

Wischogrod feria secunda post dominicam iudica sub anno domini millesimo quadringentesimo quarto decimo. Praesentibus ibidem strenuis viris dominis Bolesta de Kuchari iudice, Stanislao dicto Dubec subiudice Wschegradiensibus, Stiborio de Marscalco Nicolao Iwanz dicto de Babimost, Janussio de Balalanka etc etc Datum per manus Pauli S. de Barzewo etc etc.

Ta kopia przepisana z oryginału pergaminowego świeżo mocno w literach zatartego, dnia 16 stycznia roku pańskiego 1785, u którego dołu wisi na sznurku jedwabnym w kolorach zielonym i białym pieczęć.

na początku: ex orig. arch. regni.

1415. Poznanie 8/IV 1415 160

Transaccio vendicionis dicte ville Mieścieska per dominum Vincencium de eadem Mieściska pro persona Petri de Kobylin, vt supra, decani, pro CC marcis grossorum latorum Pragensium, XLVIII grossos in quamlibet marcam computando. Sub actum et datum Posnanie feria secunda in crastino Conductus Pasche, anno Domini millesimo quadringentesimo decimo quinto.

Teka Naruszewicza 11 N. 97 z sumaryusza Kapituły Katedralnej Poznańskiej.

1416. [16. III, Rosan.] 161

In nomine Domini Amen. Ad certitudinem presencium et memoriam futurorum. Iohannes dei gracia senior dux Masovie et Russie terrarum dominus et heres Czirnensis, Significamus omnibus et singulis, quibus expedit tam presentibus quam futuris, ad quorum noticiam presens scriptum fuerit promulgatum, Quia licet Clementi heredi de Chamino et ipsius pueris quindecem mansos mensure Chulmensis super Czrzemesna riwlo wlgariter nominato inter bona ducatus et Dominij prope a Rosan iacentes per duodecem sexagenas grossorum pragensium vendidissemus et sibi suisque pueris perpetuis temporibus incorporassemus, Tamen predictus Clemens demum prescriptos quindecem mansos pro quindecem sexagenis predicte monete pragensis Iohanni heredi de Riczicza suo fratri germano cum iisdem iuribus vendidit, sibique et suis pueris coram nobis ipsam vendicionem ratificando, eosdemque quindecem mansos resignauit. Qui quidem Iohannes die date presencium iterum a nobis septem mansos cum septem morgis contiguos eisdem quindecem mansis pro octo sexagenis grossorum monete currentis emit et effectualiter comparauit. Quapropter licitum sit eidem Iohanni et ipsius pueris & suis legitimis successoribus predictos viginti duos mansos et septem morgos in longum et latum, veluti in suo ambitu continentur, cum omnibus utilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibus, censibus, usibus et obuencionibus generaliter uniuersis, quibuscumque nominibus seu vocabulis vocitentur ad presens in dictis mansis et morgis existentibus, et qui vel que per hominum discrecionem reperiri poterint quomodolibet in futuro diuina clemencia suffragante, Mellificijs suis apisterijs dumtaxat exceptis, que pro nobis et nostris successoribus reseruamus tenere, habere, regere, gubernare ac pacifice et quiete possidere temporibus euiternis. Item valebit mansos predictos vendere, commutare, donare, alienare, obligare et ad usus suos beneplacitos et suorum successorum conuertere, prout sibi et ipsius pueris melius et utilius videbitur expedire, sed nostra et nostrorum successorum voluntas requiri debet in premissis. Preterea Iohannes predictus de predictis viginti duobus mansis cum septem morgis ad quamlibet expedicionem tantum in equo valoris Quatuor Sexagenarum in pancerio cum Balista et sub Caleptra Clobuczek

vulgariter dicta equitare et extra omnia communia servicia impendere, prout alij Terrigene modo facere et impendere consueuerunt, sit astrictus tociens, quociens fuerit oportunum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius de certa nostra sciencia presentibus est appensum. Actum et datum in Rozan feria secunda proxima post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem sub Anno Domini Millesimo Quadringentesimo decimo sexto. presentibus ibidem strenuis viris dominis: nadborio de Opinagora Vexillifero Czechanouiensi, Siborio de Sanchoczino marsalco Curie nostre, Jacussio de Balalanka, Johanne de Dilewo, Alberto de Dalonowo Magistro coquine Curie nostre, Petro de Sarpsko heredibus, nostris fidelibus testibus circa premissa. Scriptum per manus Pauli G. de Borzewo Canonici Plocensis et Varschouiensis, Cancellarij maioris Cancellarie Curie nostre, qui presencia habuit in commissis.

Z kopii senat. Stronczyńskiego, bez podania skądby wzięta była.

1416. Poznanie 27/III

Nicolaus Tarnowski heres bonorum Tarnowa summam decem marcarum grossorum Pragensium capitalem, quam a Pribislao canonico procuratore capituli receperat, ex censu annuo unius marce eiusmodi grossorum coram actis Michaelis Bliden decretorum doctoris, canonici et officialis Posnaniensis inscribit. De dato Posnanie feria sexta ante dominicam Letare proxima, anno millesimo quadringentesimo sedecimo.

Teka Naruszewicza 11 N. 108 z sumaryusza Kapituły katedralnej poznańskiej.

In nomine domini Amen Nos Guillermus Mise-
racione diuina tituli Sancti Marci Sancte Romane
Ecclesie Presbiter Cardinalis. Iudex et commissarius ad
infrascripta auctoritate apostolica specialiter deputa-
tus. Notum facimus vniuersis. Quod Nuper Sanctissi-
mo in christo patri et domino nostro domino Martino
diuina prouidencia papa Quinto, pro parte illustris
Principis domini Wladislay Regis Polonie exposito
Quod orta dudum inter Illustrem principem domi-
num Kazimirum tunc Polonie Regem ex vna, et
magistrum et fratres beate Marie Theutonicorum
Therosolimitam ex altera, super Pomeranie Culmen-
si et Michalouiensi ducatibus et terris et nonnullis
castris dominijs et Rebus alijs tunc expressis mate-
ria questionis felicis Recordacionis Benedictus tunc
papa duodecimus causam et causas super contro-
uersijs huiusmodi Venerabilibus Viris Galhardo de
Carceribus preposito Titullensi et petro Geruasij Cano-
nico Aniciensi apostolicis in illis partibus nuncijs
audiendas cognoscendas et fine debito terminandas
per suas apostolicas litteras commisit et super pre-
missis causis apostolica auctoritate Iudices deputauit,
qui in causis huiusmodi procedentes tandem super
causis huiusmodi diffinitiuam sentenciam protulerunt
prout in quodam instrumento publico super dicta

sententia confecto signis et subscriptionibus duorum publicorum notariorum subscripto atque dictorum Iudicum sigillis Roborato in quo tenor apostolice commissionis predicte et tocius dictorum Iudicum processus series sunt inserte dicebatur plenius contineri Quodque prefatum instrumentum tam temporis vetustate quam transportacione et contractatione frequentibus incipiebat corrumpi. Et insuper cum super illis Rebus adhuc sunt controuersie propter quas eodem instrumento sepius est utendum, et illud ad diuersa et remota loca transferri. de ulteriori dicti instrumenti corrupcione et perdicione plurimum timebatur. Ne igitur prefatum instrumentum et probaciones que per illud fieri possunt deperirent prefato sanctissimo domino nostro pape pro parte dicti Regis extitit supplicatum quatenus dictum instrumentum sententie in formam publicam transscribi et transsumi facere, transsumptoque illius fidem adhibendam decernere auctoritate apostolica dignaretur Cui supplicationi Idem dominus noster annuens nobis Cardinali sancti marci predicto tunc ibidem presentibus viue vocis oraculo commisit et mandauit, quatenus vocatis dicto magistro et fratribus uel eorum procuratoribus legittime constitutis prefatum instrumentum diligenter inspicientes et data facultate prefatis magistro et fratribus aut eorum procuratori si peteretur illud instrumentum inspiciendi predictum instrumentum transscribi et transsumi cum originali diligenter collacionatum in formam publicam redigi faceremus et decerneremus eidem transumpto sicut origi-

./. nali fidem adhibendam fore et adhiberi. Postmodum
vero per venerabilem virum dominum Thomam
Stanislay de Lelowa Archidiaconum Lanciciensem
Gneznensis diocesis procuratorem et nomine procura-
torio predicti domini Regis substitutum per vene-
rabiles et nobiles viros dominos Paulum Wladi-
miri decretorum doctorem Custodem Cracouiensem
et Iacobum de Paranesino Ambaxiatores et procu-
ratores dicti domini Regis / quorum instrumento-
rum procuracionis et substitucionis tenores inferius
sunt inserti fuimus cum instancia Requisiti qua-
tenus ad premissorum execucionem procedere cura-
remus. Nos igitur Guillermus Cardinalis et com-
missarius prefatus iuxta mandatum apostolicum
procedens ad instanciam procuratorum predicti do-
mini Regis Polonie discretum virum magistrum
Iohannem Walendunck predictorum magistri et
fratrum procuratorem substitutum per Religio-
sum Virum fratrem Iohannem Tirgarth procu-
ratorem generalem dictorum Magistri et fra-
trum / quorum instrumentorum procuracionis et
substitucionis tenores inferius sunt inscripti / et
qui alias coram nobis ad hoc per sanctissimum
dominum nostrum dominum Martinum papam
predecessorem deputatus super questionibus et
querelis occasione terrarum predictarum coram
eodem domino nostro inter dictas partes deductis
officium procuracionis exercuit fecimus ad pre-
missa coram nobis ad certum peremptorium ter-
minum citari ad videndum et audiendum dic-
tum instrumentum sentencie transcribi et transu-
mi decernique et fieri per nos prout per dictum

dominum nostrum papam habuimus in manda-
tis vel ad dicendum quidquid dicere vel oppone-
re vellet ipsi non deberent. In quo
citacionis termino comparentibus coram nobis dictis
magistris Thoma domini Regis ex una parte et Jo-
hanne Watendunck magistri et fratrum predicto-
rum procuratoribus ex altera. Prefatus thomas pro-
curator dicti domini Regis instrumentum predic-
te sentencie superius narrate coram nobis exhi-
buit atque dedit supplicans quatenus juxta man-
datum apostolicum nobis factum illud ad per-
petuam Rei memoriam transcribi et transumi
faceremus et decerneremus huiusmodi transumpto
fidem adhibendam fore et adhiberi. Prefatus vero
magister Johannes Watendunck procurator magi-
stri et fratrum predictorum nonnullas causas
et Raciones in scriptis nobis exhibuit / quorum
propositorum tenor talis est / Contra quandam pre-
tensam literam pretense constitucionis procurato-
rum pro parte illustris principis domini Wladislay
Regis Polonie aduersarij in presenti negocio ut
dicitur exhibitam et productam procurator et
sindicus procuratorio et sindicario nomine ma-
gnifici principis domini Michaelis Kochmeisteri
magistri generalis ac Venerabilium et Religioso-
rum fratrum ordinis beate Marie Theutonicorum
Jherosolimitani parcium suarum excipit et exci-
piendo dicit quod ipsa pretensa constitutionis litera
fuit et est carta priuata vana vaga varia obscu-
ra nimis generalis extranea capciosa incerta in-
determinata et nichil ad propositum faciens ca-

sumpniosa defectuosa debilis et solempni-
tatibus juris Necnon signo et sigillo autenticis
carens manu priuata conscripta et non vero sed
adulterino sigillo sigillata per non partem seu pro
parte illius uel illorum cuius uel quorum non in-
terest data / ac alias talis quod ei non est fides
aliqua adhibenda nec Releuat producentem in
aliquo neque probat id ad quod probandum di-
citur producta prout illam subtiliter intuenti pa-
tet / et eciam lacius dicetur suis loco et tempore o-
portunis de quo protestatur et partim constat ex
infrascriptis. In primis ex et pro eo nam ipsa
pretensa procuracionis litera causam presentem
que super cuiusdam pretense diffinitiue sentencie
pretenso transumpto faciendo fundatur minime
concernit. Item ex eo quia huiusmodi pretensa
litera non est per notarium aliquem seu tabellionem
publicum et legalem signata neque subscripta.
Item ex eo quia eidem litere sigillum Regie ma-
gestatis ipsius domini Regis quo in similibus ne-
gocijs uti solet et debet minime est prout tamen
esse deberet appensum. Item ex eo quia de preten-
so consensu principum prelatorum Baronum et
procerum Regni Polonie qui dicte pretense con-
stitucioni interfuisse et suum ad hoc consilium
prebuisse finguntur minime constat Et hoc pro
tanto excipitur quum ipsi principes prelati Baro-
nes nobiles et alij proceres Regni predicti medijs
eorum juramentis et litteris sigillatis dudum ante
promiserunt solempni interueniente stipulacione
se dicto domino Regi contra dominos magistrum

et Conuentum ac fratres dicti ordinis nequaquam assistere nec sibi consiliūm aūxiliūm uel fauorem ad hoc dare prout ex certis litteris alias coram Vobis Reuerendo patre Domino Cardinali Sancti Marci exhibitis ad quas se reffert lacius contine-tur. Item saluis premissis quibus insistit dictus procurator et sindicus quo supra nomine qua con-tra quandam pretensam commisionem viue vocis oraculo alias Reuerendissimo in christo patri domino Iohanni Episcopo Ostiensi Sancte Romane Ecclesie Cardinali et Viceecancellario, et nunc vobis Reuerendo patri domino Cardinali predicto ut dicitur fac-tam excipit et dicit quod ipsa pretensa commis-sio fuit et est surrepticia et obrepticia ac subrep-ticie et obrepticie tacita veritate et expressa falsi-tate per circumuencionem principis fraudulenter impetrata talibus enim veritate tacita que si ex-pressa et falsitate suggesta que si tacita fuissent, eadem pretensa commissio nullathemis emanasset, prout illam intuenti patet, ac eciam suis loco et tempore oportunis lacius ostendetur de quo protes-tatur Idem procurator quo supra nomine, Et quia dicta pretensa commissio super quodam pretenso in-strumento sententie diffinitiue transumendo funda-tur sic in causam et euentum quibus de hoc le-gittime constaret uel constare posset prout tamen minime constat procurator predictus quo supra nomine contra ipsum pretensum instrumentum et sentenciam pretensam in eo contentam excipiendo Repetit hic excepciones generales contra literam pretense constitutionis procurator(um) superius positam

Et hijs saluis excipit et dicit ac ponit et quatenus
necesse fuerit probare intendit quod veritas fuit
et est absque eo quod super tali sentencia ali-
quod instrumentum publicum de super confectum
fuisset aut eciam aliquis legalis notarius eun-
dem pretensam sentenciam in notam uel protho-
cullum Recipit uel saltim aliquod pretensum pu-
blicum instrumentum auctenticum desuper con-
fectum conscripserit seu in publicam formam
Redegerit palam et notorie Item in euentum pre-
dictum quo de huiusmodi pretensa sentencia le-
gittime constiterit quod non creditur, extunc idem
procurator et sindicus quo supra nomine dicit et
excipit quod illa pretensa sentencia salua tamen
ipsius nullitate fuit et est per diuersas sentencias
diffinitiuas et arbitrales necnon transactiones con-
cordias et Renunciaciones de super latas et fac-
tas alias eciam coram Reuerende pater vobis
exhibitis ac eciam diudum contra eam legitti-
me prescriptas et ipsa pretensa sentencia per hu-
iusmodi prescripcionem fuit et est penitus subla-
ta ac viribus euacuata ut ex inspectione ipsius
et lapsu temporis euidenter apparet que coram
eciam Reuerende pater vobis plenius sunt deducta
et sic fuit et est verum publicum et notorium.
Item quod de premissis omnibus et singulis fuit et
est publica vox et fama. Item quod premissis exi-
stentibus veris prout vera sunt clare constat
dictum pretensum instrumentum sentencie preten-
se nequaquam esse transumendum. transcriben-
dum uel exemplandum quin ymo totaliter cancel-

landum et lacerandum et ita petit idem procurator et sindicus quo supra nomine ipsum pretensum instrumentum cancellari et lacerari mandare / et effectum sibi et parti sue per vos Reuerendum patrem dominum Cardinalem predictum ipsum pretensum instrumentum predictum tradi et assignari / eciam quatenus premissa consistant in facto et sibi incumbat omnis (onus) probandi offert se dictus procurator et sindicus nomine quo supra legitime probaturum seque ad illam probandam citra superfluam probacionem petit in Romana curia et extra admitti Alioquin de grauamine et appellando protestatur Saluo iure addendi minuendi mutandi corrigendi et declarandi de quo eciam protestatur Et protestatur alias ut fuit et est moris Romane curie. Quibus sic exhibitis pars dicti domini Regis copiam sibi fieri postulauit / quam eidem dari decernimus, Contra quas pars dicti domini Regis certas Replicaciones in scriptis exhibuit / quarum tenor talis est / Contra pretensas excepciones pro parte Religiosorum virorum dominorum fratrum ordinis Beate marie theutonicorum contra certa instrumenta siue priuilegia Serenissimi principis domini Regis Polonie producta et transumenda ut dicitur et aduerso datas et productas Replicando excipit procurator et procuratorio nomine dicti domini Regis et excipiendo dicit quod si qua sint in dictis pretensis excepcionibus que faciant seu facere videantur pro parte sua et contra partem aduersam illa in ea parte duntaxat non

inpugnat neque inpugnare intendit quin ymo illa Recipit et admittit in vim saltim tacite confessionis / quantum vero faciant uel facere videantur pro dicta parte aduersa et contra partem suam dicit et excipit quod ipse pretense excepciones fuerunt et sunt friuole et frustratorie ac vage incerte dubie et obscure inepte formate et pessime specificate sibi inuicem contrarie et repugnantes de multis de quibus non constat nec constare potest cum nunquam fuerint in Rerum natura mencionem facientes ad voluntatem producentis ac contra omnimodam ueritatem concepte et fabricate ac nimis impertinentes et inadmissibiles ac probate non Releuantes producentem de mala materia et in peiori forma nimis generales capciose calumpniose defectuose   per verba iuris non composite negatiue obiectiue in termino non date ac manu aduocati non subscripte et alias quibus quantum sint per medium posicionum non est Respondendum / quantum vero per modum articulorum non sunt admittende sed omnino Repellende ut ex tenore ipsarum euidencius apparet et maxime causis Racionibus et exceptis infrascriptis. In primis ex eo et pro eo quia mandatum domini Regis est generale habens aliqua specialia et sufficiens eciam ad petendam transumpcionem certorum iurium qua transumpcione agitur cum in dicto mandato sint generales clausule que sufficiunt ad premissa. Item et saluis premissis quibus insistit eciam illa iura siue priuilegia que petun-

tur transumi sunt redacta in publicam formam, nec obstat quod manus notariorum et sigilla non sint Recognita et non plus creditur transumpto quam originali. Item non obstant nec obstare possunt excepciones pretense quominus ualeant dicta priuilegia siue instrumenta transumi cum de more est propter pericula uiarum in transportando de loco ad locum con- sueuerunt instrumenta et munimenta transu- mi et in publicam formam Redigi per uiam instrumenti ad obuiandum periculis predic- tis sufficit quod citentur omnes quorum in- terest ad uidendum talia transumi. Item mul- tis alijs Racionibus et causis possunt induci pro- pter quas nullathenus potest nec debet impe- diri transumptum seu fieri transumptum de priuilegijs et iuribus quibuscumque e[t] aliud sibi dicto nomine iure addendi et alia ma- gis specialia de nouo dandi et excipiendi si si- bi uidebitur expedire de quo solempniter pro- testatur. Subsequenter nonnullis testibus fidedi- gnis tam super fama publica probacionis dicte sentencie quam probacione signorum et subscrip- cionum notariorum in eodem instrumento subscriptorum ac sigillorum in eodem appo- sitorum coram nobis exhibitis et productis ac in forma iuris receptis et iuratis eorumque dictis et deposicionibus in formam publicam redactis. Tandem nos instante et Requirente prefato magistro thoma dicti domini regis pro- curatore prefatum magistrum Iohannem Wa-

tendum ex adverso procuratorem ad videndum dic-
tum instrumentum dicte sentencie diffinitive tran-
scribi et transumi vel dicendum causam quare
hoc minime fieri deberet per certum dicti domini
nostri pape cursorem citari mandavimus et fe-
cimus ad diem locum et horam inferius anno-
tatos. Quibusquidem die et hora advenientibus
videlicet die et hora infrascriptis comparuerunt
in iudicio coram nobis prefati Paulus et Jaco-
bus Ambaxiatores et procuratores prefati serenis-
simi principis domini Regis unacum prefato Tho-
ma procuratore per eos substituto. et prefati ma-
gistri Johannis ex adverso procuratoris citati et
non comparentis contumaciam accusarunt /
quem contumacem reputari et in eius contuma-
ciam instrumentum predictum dicte sentencie
superius designatum ad perpetuam Rei memo-
riam transcribi et transumi iuxta tenorem
mandati apostolici nobis facti instanter pos-
tularunt. Nos tunc viso palpato et diligenter
examinato dicto instrumento exhibito coram no-
bis comperimus illud instrumentum ut prima
facie videbatur satis antiquum cartamque seu
pargamenum ipsius ex frequenti contractacione
ut videbatur aliqualiter contritum in nulla
tamen parte fractum literasque in locis ali-
quibus pro parte corrosas sed tamen ubique
legibiles / duorumque notariorum subscripciones
et signa et duo sigilla inferius designata dicto
instrumento apposita super petitis et commissione
predictis pronunciavimus et decernimus ac pro-
nunciamus et decernimus in hunc modum:

172

1417. [30. III, Szelini.]

In nomine Domini amen. Ad certitudinem presencium et memoriam futurorum, Iohannes Dei gracia senior dux Mazouie et Russie terrarum, dominus et heres Czirnensis, notum facimus omnibus et singulis, quibus expedit, tam presentibus, quam futuris, ad quorum noticiam devenerit presens scriptum, quod in nostra nostrorumque fidelium presencia personaliter constitutus Clemens Cziga dictus, heres de Czigi, sanus utroque spiritu existens, non compulsus, non coactus, neque aliquo dolo vel fraude seductus, sed ipsius mera et spontanea voluntate, suorumque amicorum salubri consilio prehabito, sculteciam suam cum quatuor mansis mensure Chulmensis in Rozenicza villa nostra ducali, circa Rozan sita, nobili Iohanni alias Czarny, heredi de Opilowo pro sexaginta sexagenis grossorum monete communis vendidit et coram nobis perpetue resignauit. Et quia considerata et inspecta fidelitatis constancia predicti Iohannis, quam nobis exhibuit fideliter et impendit, et ad quam reddendam vna cum suis posteris eo celerius in posterum reddidit se promsciorem, premissorum meritorum ob respectum sibi et ipsius pueris vnum mansum mensure Chulmensis ibidem in Rozenicza ad ipsam sculteciam addidimus et donauimus graciose, sic, quod nomine scultecie idem Iohannes et ipsius legittimi successores quinque mansos mensure Chulmensis ibidem in Rozenicza, tercium denarium de tabernis ibidem locatis et in posterum locandis et tercium denarium cuiuslibet rei infra granicies eiusdem ville

/ iudicate habebunt et exnunc habeant temporibus eviternis. Preterea damus Iohanni predicto et ipsius pueris piscinulam Rybnik wlgariter dictam, inter molendina nostra, opido nostro Rozan adiacencia, et inter stratam, que ducit de Rozan in Macow iacentem. Quare sit licitum Iohanni predicto et ipsius legittimis successoribus sculteciam predictam cum omnibus vtilitatibus, fructibus, prouentibus, censibus et redditibus, generaliter vniuersis, nunc in dicta sculteciа existentibus et in posterum Christo duce quomodolibet accrescendis, tenere, habere, regere, gubernare ac pacifice et quiete temporibus perpetuis possidere, necnon vendere, commutare, donare, alienare, obligare, et ad vsus suos beneplacitos et suorum successorum conuertere, prout sibi et ipsius legittime posteritati melius et vtilius videbitur expedire. Nostra sic quidem (et) nostrorum successorum voluntas more solito requiri debet in premissis. Preterea Iohannes predictus et ipsius legittimi successores seruicia talia nobis et nostris successoribus exhibere et impendere obligantur, qualia ceteri sculteti nostri in similibus sculteciis locati, facere et impendere consueuerunt. In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius presentibus est appensum. Actum et datum in Szelini feria tercia post dominicam, qua in ecclesiis Domini Iudica me etc. decantatur, sub anno Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo. Presentibus ibidem strenuis nobilibusque viris: Tiborio de Canchowczino marsalco curie nostre, Nicolao canonico Varschouiensi et Iacobo de Sgiari, capellanis curie nostre, Ianussio de Misszewo, Guntek de Nepstowo et Petro de Carpsko heredibus, nostris fidelibus, testibus

~~circa~~ premissa. Scriptum per manus Pauli S. de Borze-
wo, canonici Plocensis et cancellarij curie nostre, qui
presencia habuit in commissis.

Teka Naruszewicza 11 N. 124 z oryginału parga-
minowego, przechowanego niegdy w Archiwum Koron-
nem, u którego wisiała na sznurku jedwabnym pą-
sowym, pieczęć książęca postaciowa pieszа.

1417. 8/9. 1417. 175 14.

[Sandomiriae.]

Terrestrium t. 3. str. 661

Illustris et magnificus potens Emila de Vyszníce comes palatinus et capitaneus generalis Cracoviensis ac regni Poloniae supremus marschalcus tum Trepusiciensis Premysliensis. Colensis etc. capitaneus obtulit binas literas privilegiorum serenissimorum dominorum Vladislai olim, et Sigismundi moderni Poloniae regum, quoad haec acta regalia Cracoviensia inscribi inserri et acticari petiit, prout de verbo ad verbum ad postulationem suam et ad mandatum Majestatis regiae sunt inscripta et acticata. Et imprimis tenor privilegii serenissimi olim Vladislai sequitur:

Vladislaus, rex Poloniae, Lithuaniaeque princeps supremus et haeres Russiae, etc. significamus tenore praesentium quibus expedit universis, quomodo attendentes multiplica fidelitatum obsequia et labores indefessi soleciam (?) quibus fideliter nostri Chodko Sandicz et Stezko frater suus germanus ad nostram majestatem multiplicavit, commendavit, horum intuitu volentes ipsorum gratiarum nostrarum prosequi favoribus et ad nostri obsequia reddere propingeores principis in villa nostra Nowosielce in districtu Przemysliensi duas curias seu arreas alias drozyszka una dutuszowskie drozyszko nuncupata et alia immediate prius eiusdem sitas in quadragista marcas minores et pondere polonicalium quadraginta, octo grossos in quamlibet compensatiam cum omnibus dictarum curiarum seu arrearum utilitatibus fruc-

bus redditibus proventibus, agris pratis silvis appendiis et pertinentiis universis ad + ipsas curias seu arras spectantibus quodque ~~m~~ ab antiquo prout in suis granitiis et metis longe lato et circumferialiter sunt distinctae damus donamus conferimus et largimus per ipsos Chodkonem Sandicz et ~~L~~ Ladzkonem fratrem suum habendas tenendas utifruendas et pacifice possidendas tam diu ~~per~~ quousque ipsis vel successoribus ipsorum per nos vel per successores nostros quadraginta marcae praedictae fuerint persolutae et integraliter et ~~in~~ ex toto. Quibus solutis praedictarum curiarum seu arearum possessio ad nos seu ad successores nostros redire debebit pleno jure harum quibus sigillum nostrum est testimonio literarum. Datum Sandomiriae feria quarta proxima post nativitatem Mariae Virginis, anno Domini millesimo quadringentesimo decimo septimo.

1417. [5. X, Cracoviae] 176

In nomine domini amen. Nos Andreas archidiaconus ecclesie Cracouiensis, iudex commissarius cause et partibus infrascriptis per reuerendum in Christo patrem et dominum, dominum Albertum Dei gracia episcopum Cracouiensem specialiter deputatus, Notumfacimus vniuersis et singulis, presentibus et futuris, presentes nostre sentencie diffinitiue noticiam inspecturis, quia nuper certas commissionis literas dicti domini episcopi non rasas, non viciatas, omni prorsus vicio suspicionis carentes, eius vero sigillo, vt prima facie apparebat, sigillatas, pro parte nobilis Clare filie Iacussij olim heredis de Moscennica, Cracouiensis diocesis, recepimus tenoris de verbo ad verbum infrascripti:

Albertus Dei gracia episcopus Cracouiensis honorabili viro Andree archidiacono ecclesie nostre cathedralis Cracouiensis, fratri nostro in Christo dilecto, salutem in Domino sempiternam. De industria et legalitate vestris in Domino plurimum confisi, causam et causas, quam et quas Clara consors Stanislai de Legnica nostre diocesis religiosis sororibus in Antiqua Sadecz mouet et mouere intendit de et super hereditate dicta Moscennica patrimoniali et ipsius occasione, vobis tenore presencium committimus cum omnibus emergentijs ineadem, dependentijs et connexis audiendam et audiendas ac fine debito vsque ad conclusionem sentencie deffinitiue inclusiue terminandam et terminandas, mandantes vobis per presentes, ~~ostensos~~ quatenus vocatis ad vestri presenciam, qui fuerint euocandi, et auditis hincinde propositis et responsis, id, quod iustum fuerit in causa et causis predictis auctoritate nostra decernatis, facientes quidquid decreueritis inter partes predictas per censuram ecclesiasticam auctoritate nostra predicta firmiter obseruari. Testes autem, si qui nominati fuerint, si se gracia, odio, timore vel precio subtraxerint, simili censura permittas perhibere testimonium veritati. Datum Cracouie XIIII mensis

[1412, 14. V, Cracoviae] Maij, (anno Domini) millesimo CCCC XII.

Quarum quidem commissionis vigore (literarum) ad instanciam dicte Clare citauimus et cittare mandauimus dictas abbatissam, sorores et conuentum ad certum terminum peremptorium competentem ad dicendum contra dictam commissionem. In quo termino licet pro parte dictarum abbatisse, sororum et conuentus fuit excipiendu~~m~~ contradictum, ex aduerso pro parte dicte Clare replicatum et tandem huiusmodi excepciones tanquam friuolas per nostram sentenciam interlocutoriam repulimus et nos vigore dicte commissionis pronunciauimus iudicem competentem, decreuimusque et mandauimus libello eiusdem Clare coram nobis oblato, per dictas abbatissam, sorores et conuentum fore respondendum in certo termino peremptorio competenti. Cuiusquidem libelli tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Coram vobis venerabili viro domino Andrea archidiacono Cracouiensi, commissario per reuerendum in Christo patrem et dominum, dominum Albertum Dei gracia episcopum Cracouiensem specialiter deputato, honesta Clara filia olim Janusij heredis de Moscennica et vxor nobilis Stanislai heredis in Lednicza, mulier Cracouiensis diocesis, cauens de rato pro Margareta sorore sua tanquam senior pro iuniore, contra et aduersus religiosas virgines Hankam Kurowska abbatissam, sorores et conuentum monasterij in Antiqua Sandecz, Cracouiensis diocesis, ordinis sancte Clare, per modum articulati libelli proponit cum querella et articulos infrascriptos offert et producit, quibus petit per partem aduersam medio iuramento singulariter ad singulos responderi, qui si negati fuerint, petit se ad probandum eosdem admitti, non astringendo se ad superflua probanda. Inprimis proponit, dicit ac ponit, et si negatum fuerit, probare intendit, quia predicta Clara cum Margareta sorore sua, vt est legitima filia predicti Janusij heredis in Moscennica; item quod villa et hereditas Moscennica fuit predicti Janussij olim heredis in Moscennica, patris predicte Clare et Margarethe sororis eius predicte; item quod predictus Janussius necessitate ingruente predictam villam et hereditatem Moscennica cum vniuersitate fructuum, reddituum et prouentuum Miroslao Gabanski in sexaginta marcis peccunie communis titulo pignoris, dum viueret, obligauit; item quod circa viginti duos annos proxime preteritos vel citra supra Miroslaus Gabanski dictam villam et hereditatem Moscennica in dictis LX marcis predictis abbatisse pro tempore, sororibus et conuentui monasterij de Antiqua Sandecz dicto titulo pignoris vlterius obligauit; item quod abbatissa pro tempore, sorores et conuentus dicti monasterij in Antiqua Sandecz dictam villam et hereditatem dicto titulo obligacionis ad minus per viginti duos annos proxime preteritos in dictis sexaginta marcis tenuerunt et habuerunt, vniuersosque et singulos fructus, redditus, census, honores, dona, obuenciones et prouentus exinde perceperunt; item quod in dicta villa et hereditate Moscennica tempore obligacionis fuerunt quadraginta kmetones et molendinum, proueniebantque et prouenire consueuerant tunc temporis exinde scilicet de kmetonibus et molendino de parato censu annuatim sedecim marce peccunie predicte; item quod predicti kmetones omnes et singuli annuatim et singulis annis soluebant et soluere consueuerant heredibus eiusdem ville racione peccunie expedicionalis quilibet per personam, que in summa faciunt decem marcas peccunie predicte; item quod predicti kmetones omnes et singuli annuatim et singulis annis soluebant et soluere consueuerant heredibus eiusdem ville racione dacionis dicte vulgariter sep quilibet per duas mensuras auene et per duos choros siliginis et per vnum chorum tritici et per quatuor capones, per vnum capretum, per triginta oua, per duos caseos, per vnum cuneum vulgariter czolta, que in summa predicta Clara extimat ad decem marcas peccunie predicte; item quod ~~ora~~ predicti omnes et singuli kmetones annuatim et singulis annis in qualibet septimana vnum diem laborabant et laborare consueuerant

vnam diem heredibus dicte ville, quos labores predicta Clara bona fide extimat ad viginti marcas peccunie predicte; item quod in dicta villa et hereditate Moscennica annuatim et singulis annis racione glandinum, arborum et lignorum vulgariter zolandne et urambne prouenirunt et prouenire consueuerunt ad minus X marce predicte peccunie, et aliquando de solis glandinibus viginti marce; item quod predicta omnia et singula extimata ad minus faciunt quolibet anno in summa septuaginta quatuor marcas et octo scotos; item quod predicte abbatissa, sorores et conuentus de dicta villa et hereditate Moscennicza de primo anno obligacionis iuxta premissa perceperunt et leuauerunt dictas sexaginta marcas racione sortis seu capitalis peccunie, vltra sortem seu capitalem pecuniam quatuordecim marcas et octo scotos usuraria prauitate estorserunt; item quod residuis viginti vno annis predicta abbatissa, sorores et conuentus monasterij de Antiqua Sadecz de dicta villa et hereditate, de fructibus et redditibus, honoribus, laboribus, obuencionibus et prouentibus vniuersis ac per singulos annos predictos leuauerunt et perceperunt vsurariaque prauitate extorserunt mille quingentas et septem marcas peccunie predicte; item quod predicta Clara cum Margareta sorore sua predicto Jacusso patri suo post mortem eius in omnibus bonis et rebus eius legittime successerunt; item quod predicta Hanka abbatissa cum dicto conuentu suo de Antiqua Saxdecz debet esse contenta sorte sua seu capitali peccunia dictarum sexaginta marcarum, debetque restituere predicte Clare cum sorore sua dictam villam et hereditatem Moscennica cum fructibus inde perceptis et qui percipi potuerunt per dictos viginti duos annos iuxta taxam et extimacionem predicta earundem; item quod de premissis fuit et est publica vox et fama. Petit igitur predicta Clara dictam villam et hereditatem Moscennica per dictum Jacussum patrem eius certa necessitate vrgente in dictis sexaginta marcis predicto Miroslao Gabanski titulo pignoris obligatam fuisse predictasque abbatissam pro tempore, sorores et conuentum de Antiqua Sadecz in huiusmodi obligacione eidem Miroslao et in vicium vsurarie prauitatis successisse, dictamque villam et hereditatem Moscennica cum vniuersis fructibus, redditibus, laboribus, honoribus, obuencionibus et prouentibus per dictos viginti duos annos tenuisse, dictasque mille quingentas et septem marcas peccunie vltra sortem suam seu capitalem peccuniam dictarum sexaginta marcarum percepisse et leuasse percipique et leuari potuisse, seu verius vsuraria prauitate extorsisse et extorqui potuisse, predictamque Annam abbatissam, sorores et conuentum dicti monasterij de Antiqua Sadecz eidem Clare cum dicta sorore sua ad restituendum et libere resignandum dictam villam et hereditatem Moscennica nec non ad mille et quingentas et septem marcas racione fructuum exinde perceptorum et qui percipi potuerint, seu vsuraria prauitate extortorum et ad litis expensas condemnari, pronunciari, damnari et decerni, condemnatasque ad satisfaciendum compelli per vos et vestram sentenciam diffinitiuam, censura ecclesiastica mediante, iuris remedijs et beneficijs semper saluis.

./. In quoquidem termino ad respondendum dicto libello per nos dato et prefixo pro parte dictarum abbatisse, sororum et conuentus certe responsiones fuerunt oblate tenoris infrascripti:

Ad libellum Clare filij Iacussij, vt dicitur, heredis de Moscenica contra et aduersus religiosas virgines Annam abbatissam nec non sorores et conuentum monasterij sancte Clare in Antiqua Sadecz, Cracouiensis diocesis, oblatum et productum, procurator et nomine procuratorio dicte Anne abbatisse totiusque conuentus monasterij antedicti respondet et respondendo dicit, immo legitime litem contestando et primo ad primum articulum respondendo dicit, possibile ipsum verum; item ad secundum articulum, qui dicit, quod villa et hereditas Moscennica fuit prius Iacussij, ad hoc respondit simpliciter per verba: non credit, sed credit, quod predicta villa fuit, pertinuit et spectauit a primeua sui fundacione ad abbatissam et conuentum antedictam, prout hoc ex priuilegijs desuper confectis clarius colligitur et que priuilegia hic inserit et vult habere pro insertis, ipsaque villa Moscennica nescitur per quem modum fuerat a dicto conuentu alienata, sic quod nescitur, per quem modum predictus Iacussius eandem vsurpauerat et occupauerat ac detinuit occupatam, et sic est notorium et manifestum. Item ad tercium articulum, in quo dicit, quod predictus Iacussius necessitate ingruente etc. ad hoc respondet, quod predictus Iacussius predictam hereditatem Moscennicza cum fructibus eiusdem nullatenus potuit obligare cuiquam, cum non erat sua sed conuentus, vt premissum est antedicti. Item ad quartum articulum, in quo dicit, quod circa XXII annos proxime preteritos etc. ad hoc dicit respondendo, quod predicta abbatissa cum conuentu predictam villam Moscennica sic vt premittitur spectantem et pertinentem ad conuentum antedictum eciam sic alienatam a dicto conuentu, a predicto Miroslao in LX marcis monete in alijs certis penis homicidiorum, que pene se extendunt ad centum XXVII marcas demptis LX marcis predictis, rex receperunt, ipsamque villam pro adiudicata conuentu antedicto assumpserunt, prout hoc ex literis desuper confectis clarius deducitur, ita quod ad proprietatem dicte ville predicta abbatissa et conuentus potuissent deuenire, prout et deuenerunt iam de facto. Item ad quintum articulum, vbi dicitur, quod abbatissa et sorores pro tempore et conuentus etc. ad hoc respondetur, quod racione rehabicionis proprietatis dicte hereditatis sub titulo obligacionis eandem hereditatem tamquam propriam tenent et non alterius. Item ad sextum articulum, vbi dicitur, quod in dicta villa et hereditate etc. respondet simpliciter per verbum, non credit. Item ad septimum articulum, in quo dicitur, quod predicti cmetones omnes et singuli etc. ad hoc respondet simpliciter per verbum: non credit, quia numquam aliquam pecuniam racione expedicionis predicta abbatissa cum conuentu recepit. Item ad octauum vbi dicitur, quod predicti cmetones omnes et singuli annuatim et singulis annis etc. respondet simpliciter per verbum: non credit. Item ad nonum articulum, vbi dicitur, quod predicti cmetones omnes et singuli annuatim et singulis annis soluebant et soluere consueuerant heredibus etc. ad hoc respondet simpliciter per verbum: non credit. Item ad X, vbi dicitur, quod omnes et singuli cmetones annuatim et qualibet septimana etc. ad hoc respondet simpliciter per verbum: non cre-

/· dit. Item ad XI, vbi dicitur, quod in dicta villa et hereditate etc. ad hoc respondit simpliciter per verbum: non credit. Item ad XII, vbi dicitur, quod predicta omnia et singula etc. respondet simpliciter per verbum: non credit. Item ad XIII, vbi dicitur, quod predicta abbatissa, sorores et conuentus etc. ad hoc simpliciter respondet per verbum ~~x~~ non credit. Item ad XIIII articulum, quod residuis XXI annis etc ad hoc simpliciter respondet per verbum: non credit. Item ad XV articulum, vbi dicitur, quod predicta Clara vna cum sorore sua etc. ad hoc dicitur dubitando, quia nescitur, si successerunt an non. Item ad XVI articulum, vbi dicitur, quod predicta Hanka abbatissa cum dicto conuentu suo de Antiqua Sadecz etc. ad hoc respondet per verbum: non credit, sed credit, quod dicta villa Moscennicza ad abbatissam et conuentum monasterij predicti tanquam ad veros et legitimos heredes dicte ville quomodo vt premissorum antedicto. Item ad publicam vocem dixit x) articulum esse verum xx) quantum ad responsiones suprascriptas, cetera negat narrata prout narrantur et petit, petita fieri non debere. Quare petit procurator nomine procuratorio quo supra, presentes responsiones se admitti ad probandum, non astringendo se ad superflua probanda sed ad ea solum, que ipsum et partem suam probata possunt releuare et precatur xxx) de expensis. Item precatur +) prout est ~~xx~~ stili et moris.


Et deinde in causa ipsa fuerunt iuramenta calumnie prestita et pro parte dicte Clare articuli in dicto libello contenti fuerunt reproducti. Quibus pro parte abbatisse, sororum et conuentus fuit responsum in terminis certis per nos successiue de consensu parcium datis et prefixis, demum, que pro parte vtraque probaciones testium, literarum et priuilegiorum producte, attestaciones huiusmodi eciam publicate, super quibus pro parte dicte Clare fuit exceptum et vltimate hincinde allegatum, per nos, que in dicta causa concludi a partibus petitum, prout ad earundem parcium peticionem in huiusmodi causa conclusimus et habuimus pro concluso eciam in terminis peremptorijs competentibus de consensu parcium datis et prefixis. Postremo in certo termino peremptorio competenti ad ferendum per nos sentenciam diffinitiuam assignato, pro parte dictarum parcium fuimus concorditer petiti, vt in causa huiusmodi sentenciam diffinitiuam pronunciaremus.

Nos vero Andreas archidiaconus et iudex commissarius predictus visis et inspectis omnibus et singulis actis acticatis coram nobis habitis et productis, ipsisque cum diligencia recensitis et examinatis, de consilio iurisperitorum sentenciam diffinitiuam in scriptis tullimus et pronunciamus, cuius tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Christi nomine inuocato, ipsum solum pre oculis habendo, pro tribunali sedentes, in causa inter nobilem Claram filiam Iacussij olim heredis de Moscennica ex vna et religiosas virgines Annam abbatissam, sorores et conuentum monasterij in Antiqua Sadecz ex altera partibus coram nobis vertente, de consilio assessorum a partibus electorum et iurisperitorum dicimus, declaramus, decernimus ac sentenciamus et per hanc nostram sentenciam, quam efferimus in hijs scriptis, diffinitiue

x) dixe[?] xx) r111 xxx) ptttur +) pretto

/. pronunciamus, predictam villam et hereditatem Mocennicza predicti Iacussij fuisse et esse, eandemque villam et hereditatem ad predictam Claram ex successione paterna pertinuisse, spectasse et deuolutam fuisse, ac pertinere, spectare et deuolui debuisse et debere, huiusmodique villam et hereditatem Mocennicza primo Miroslao Gabanski et consequenter abbatisse, sororibus et conuentui dicti monasterij in Antiqua Sadecz annis (!) LX marcis titulo pignoris obligatam fuisse ac per XX et I annos in obligacione per dictas abbatissam, sorores et conuentum tentam et possessam fuisse, ex eademque hereditate Mocennica sex marcas census annui singulis annis percepisse et leuasse XXI annos dictas LX marcas exegisse, percepisse et leuasse, seque indebite et iniuste dicte Clare opposuisse eamque turbasse et molestasse, huiusmodique opposicione turbaciones et molestaciones temerarias ac nulliter et de facta presumptas, ipsique abbatisse, sororibus et conuentui de et super huiusmodi opposicione, perturbacione, molestacione et impedimentis perpetuum silencium imponendum fore et imponimus, dictamque hereditatem cum toto iure et dominio dicte Clare adiudicandam fore et adiudicamus, predictasque abbatissam, sorores et conuentum eandem hereditatem, prout in suis terminis et limitibus est distincta, dicte Clare ad resignandum, restituendum et libere dimittendum necnon ad dictas LXVI marcas vltra sortes et capitalem peccuniam leuatas et perceptas vna cum litis expensis predicte Clare condempnandas fore et condempnamus nostra presenti diffinitiua sentencia mediante, quarum expensarum taxacionem et moderacionem nobis in posterum reseruamus. Post cuius quidem sentencie nostre diffinitiue pronunciacionem, leccionem et promulgacionem fuimus pro parte eiusdem Clare debita cum instancia requisiti, vt sibi eandem nostram sentenciam sub nostri apposicione decreti et appensione sigilli dare et decernere dignaremur. Nos itaque visis et attentis huiusmodi peticionibus fore iustis et racioni consonis, prefatam nostram sentenciam exinde per notarium publicum instrumentum nostrumque cause et facti huiusmodi coram factore ~~sub~~ scribi et publicari ac nostri appensione sigilli iussimus et fecimus roborari. Acta sunt hec anno domini MCCCCXVII, indiccione X, apostolica sede pastore carente, die quinta mensis Octobris, hora tercia in domo habitacionis nostre in Cracouia. Presentibus ibidem honorabili domino Nicolao preposito monasterij sancte Hedwigis extra muros Cracouienses, ordinis Dominici Sepulchri Hierosolimitani, Nicolao rectore ecclesie de Czulice x) Iohanne de Sczepanowice procuratore causarum spiritualium consistorijque Cracouiensis, et alijs quam pluribus testibus ad premissa constitutis.



Et ego Mathias Clementis de Czolow clericus Posnaniensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius ac venerabilis viri domini Andree archidiaconi Cracouiensis iudicis et cause huiusmodi coram eo scriba, quia predictis sentencie diffinitiue leccioni, prolacioni et promulgacioni alijsque omnibus et singulis, dum sic vt premittitur agerentur et fierent, vna cum predictis testibus presens interfui, eaque omnia et singula sic fieri /.

x) mun

⁒ vidi et audiůi, ideo me hinc manů propria scribens sůbscripsi et pů-
blicaůi et in hanc půblicam formam redegi, signoqůe et nomine meis
solitis una cům appensione sigilli eiůsdem domini Andree iůdicis et
de mandato ipsius consignaůi, rogatůs et reqůisitůs in fidem et testi-
moniům premissorům.

Z kopijarza klasztorů Panien Klarysek w Starym Sączů, karta
17, stronica odwrotna.



1418. [O. T., Lomza.]

In Christi nomine Amen. Ad rei memoriam sempiternam. Iohannes dei gracia senior dux Mazouie et Russie terrarum, dominus et heres Czernensis, Notum fore volumus tam presentibus quam futuris, presencium literarum noticiam habituris, quibus expedit, generaliter vniuersis. Summopere cupientes bona ducatus nostri incessanter ampliare et specialiter Ciuitatem nostram Lomzensem et inhabitantes ipsius ciuitatis locatos et locandos Nostra pietate Ducali consueta et prerogatiua speciali visitare, vt ipsa Ciuitas illustrata libertatibus et iuribus inferius annotatis et descriptis eo apcius et celerius possit collocari et in vberiores fructus deduci et conuerti, iura inferius descripta et notata omnibus incolis siue inhabitatoribus dicte Ciuitatis Lomzensis, vt premissum est locatis et locandis graciose duximus concedenda, et presencium tenore concedimus eisdem ciuibus siue Ciuitatis Lomzensis inhabitatoribus per nos et successores nostros perpetuis (temporibus) inconcusse et inuiolabiliter obseruanda. Damus igitur et hactenus graciose conferimus Ciuibus Lomzensibus antenominatis in omnibus causis tam magnis quam paruis, videlicet furti, homicidij, incendij, membrorum mutilacionis, violencie, stupri, false metrete, ponderis et mensure ceterisque vicijs, quibuscumque nominibus nuncupentur iuxta excessum malefactorum et maleficiorum in granicijs et metis memorate Ciuitatis perpetrandorum et perpetrancium inter homines predicte Ciuitatis nec non homines ad dictam Ciuitatem pertinentes iudicandi, senenciandi, puniendi et condemnandi plenam et omnimodam potestatem, prout ipsorum Ius originale Theutonicum Culmense in omnibus suis punctis, articulis, condicionibus et clausulis vniuersis postulat et requirit, verum precij condicione tali interclusa. Si quod absit aliquem ex nobilibus vel militibus quibuscumque Dominij nostri scelus aliquod ex premissis vel alijs quibusuis in Ciuitate nostra iam descripta contigerit perpetrare, vel in metis Ciuitatis eiusdem, ad iudicium ciuile iudicaturum minime attrahantur, quos magnificencia nostra per nos aut barones residentes nostro pro tribunali discernendos reseruamus. Si vero in aliquo maleficio peragendo aliquis extraneus, puta militaris, rusti-

cus episcopalis et monachalis per homines dicte Ciuitatis
detineri valuerit, ipse judicio ciuili judicetur. Si autem per-
acto maleficio idem extraneus, vt predicitur, detencionem
predictorum ciuium effugerit et juri Ciuili antedicte Ciuita-
tis parere noluerit, extunc eandem de ipso more consueto
judicialiter definita, tam diu malefactor ingressu Ciuitatis
et granicierum eiusdem carebit libere, donec realis et debita
satisfaccio per eundem malefactorem peracta fuerit Ciuitati
memorate. Alioquin malefactor huiusmodi contumax et rebellis
in ipsa Ciuitate et granicijs detinere potuerit, per predictos ci-
ues quibuscumque temporibus vite sue juxta excessum ipsius et
delictum, quemadmodum ipsum jus ciuile determinauerit, pu-
niatur. Preterea homicidio quod absit, inter dictos homines oc-
currente sine aliquo impedimento nostrorum procuratorum
tam in corpore eorum quam in bonis et rebus quibuscumque
more consueto et solito ciuili judicetur. Item deinceps memo-
ratis Ciuibus nostris per omnia loca Theloneorum damus sine
exaccione thelonei in Dominio nostro tam transitum liberum
et securum, juta a Theloneis in Terra nostra Mazouiensi in-
stitutis sic, quod per ipsa loca Theloneorum cum ipsorum
proprijs mercibus et institutorij (?) libere loca transibunt
tociens, quociens ipsis videbitur expedire. Hac tamen condi-
cione interclusa, quod cum extra metas Ducatus nostri Ma-
zouiensis cum mercibus suis antedictis versus partes alie-
nas quascumque interdixerint proficisci et transire, tunc
Thelonea nostra juxta consuetudinem antea tentam et ser-
uatam in nostro Dominio et Ducatu dare et soluere tenebun-
tur. Item damus et presentibus graciose conferimus inhabi-
tatoribus Lomzensibus preconcepte Ciuitatis Balneum libe-
rum et ab omni prorsus exaccione solutum pro vtilitate
predicte Ciuitatis et ipsius rectorum erigendum, construen-
dum, et per ipsam Ciuitatem seu Rectores ipsius pacifice
et quiete possidendum, ita tamen, quod pro Nostra et suc-
cessorum nostrorum familia unum diem balneandi in eo-
dem sine exaccione alicuius pecunie in septimana quali-
bet reseruamus. Preterea donamus et presentis scripti patro-
cinio appropriamus predicte Ciuitati et eius Ciuibus, qui
pro tempore fuerint, Rasorium vulgariter Postrzigalnia
nuncupatum, de quo Rasorio predicte Ciuitatis Ciues sin-
gulis annis perpetuisque temporibus censum solui con-
suetum recipient et pro vtilitate ciuitatis ipsius conuer-
tent. Interea attribuimus inhabitatoribus sepius repetite
Ciuitatis stateram siue pondus, quod in vulgari lingua
Waga dicitur sic, quod ab ipso pondere ad vtilitatem et
melioracionem sepedicte Ciuitatis censum solui consue-
tum tollant, recipiant et sine omni impedimento nostro

leuabunt. Inter cetera damus et presentibus graciose con-
ferimus Ciuibus memoratis prata Barski vulgariter dicta
prope ab ipsa Ciuitate distancia, prout in suis metis, li-
mitibus circumferencialiter sunt limitata et distincta. Ita-
rum quibus nostrum maius Sigillum presentibus de certa
nostra sciencia est appensum testimonio litterarum. Datum
et actum in Lomza ipso die Sancti Vitti, sub anno Domini
Millesimo quadringentesimo decimo octavo. presentibus ibi-
dem strenuis nobilibusque Dominis: Nadborio de Ofino-
gora, Vexillifero Cziechonouiensi, Siborio de Sanchoczino
subcamerario Zacroczimensi necnon curie nostre marsalco
Petro alias Gis Iudice Lomzensi de Smolodouo, Derslao de
Podossie, Iohanne de Laborowo, Ianussio de Missiewo, Al-
berto de Sierpsko, Petrassio de Sulitowo, et Nicolao de Mi-
lobancz heredibus, nostris fidelibus testibus circa premissa.
Scriptum per manus Pauli de Borzewo Plocensis et Var-
schoviensis ecclesiarum Canonici nec non Cancellarij Curie
nostre, qui presencia habuit in commissis.

Wypisane z księgi grodzkiej Łomżyńskiej N. 99
z r. 1584.

Kopia senat. Stronczyńskiego.

182

5.

Z archiwum Kollegjaty Kaliskiej.

R. 1419. [16. VI, Kalisz.]

In nomine Domini Amen. Sub anno Nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo decimo nono Indictione undecima die lunae XXVII mensis Martii horarum tertiarum vel in domo habitationis Venerabilis viri Domini Jaroslai, Praepositi ecclesie Collegiate Beate Marie in Kalis, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini Nostri, Domini Martini, superna providentia Pape quinti anno secundo, in nostri Notarii publici subscripti testiumque infrascriptorum, ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum praesentia constitutus personaliter providus Stanislaus filiaster bone memorie Domini Andree, Praepositi ecclesie praedicte [...]ate Marie ibidem, non compulsus, non coactus, neque aliquo errore seductus, sed de mera sua voluntate praehabita macellum seu Bankum carnium suum proprium, quod possidebat pacifice et quiete, quod etiam olim erat Domini Andree, Praepositi ecclesie pre~~dicte ibidem~~ Collegiate Sancte Marie in Kalis, discretis viris Dominis V[...] praedicte ibidem in Kalis cum omni iure et dominio, prout solus tenu[...] nihil penitus pro se aut pro suis proximioribus iuris in praedicto m[...]vans, ipsis contulit et assignavit, prout plenius et clarius de verbo ad [...] in litera resignationis Civili continetur, quae sequitur in hunc modum: Nos [...]les Kalissienses Nicolaus Gothardi, Henricus Schelesd, Jacobus Institor, Johannes [...]lus Bolusch et Martinus Wucher tenore praesentium publice recognoscimus

universis, quod in praesentia scabinorum nostre civitatis subscriptorum, puta Echardi Ioannis Radost, Martini Arensiis, Petri de Bochna et Nicolai ~~Et~~ Eleynsmyt, - duo scabini mortui pestilentialiter, videlicet Scher et Hornuth, - et ideo quinque coram Jacobo Advocato nostro tunc Iudicio praesidente, constitutus in banito Iudicio honestus vir Franciscus Stachlicz, noster concivis resignavit rite et rationabiliter macellum suum seu bancum carnium situm inter macella eidem contigua, inter videlicet macella relicte olim Nicolai Blockan ex una et inter Nicolai sartoris parte ex altera nostrorum concivium tam longum et latum eoque iure et dominio, quibus ipse illud hucusque possedisse dinoscitur honorabili viro Domino Andree, Praeposito ecclesie Collegiate Beate Marie Virginis in civitate nostra aut illi vel illis, cui vel quibus idem Dominus Andreas Praepositus idem macellum in vita vel in morte duxerit assignandum cum plena et omnimoda potestate vendendi, alienandi seu commutandi pro sue beneplacito voluntatis; in cuius rei testimonium civitatis nostre et praedictorum scabinorum sigilla praesentibus sunt appensa. Actum et datum in Kalis feria sexta in crastino Corporis Christi, Anno Domini millesimo quadringentesimo tertio, post quarum quidem litterarum exhibitionem praedicti vicarii volentes, ut eedem littere et praesenti transsumpto nunc et in antea stetur, credatur et plena fides praedicte littere Civili adhibeatur ubique locorum acsi littere originales per omnia apparerent, per me Notarium infrascriptum in publicam formam transsumpsi fecierunt, tociens quotiens opus et interesse fuerit opportunum. Acta sunt haec anno In-

dictionis, die, mense, hora, loco et Pontificatu, quibus supra, praesentibus Venerabili et circumspectis viris Dominis Jaroslao, Praeposito Beate Marie Virginis Gloriose ecclesie Collegiate prenominate, Jaczkone, tunc Proconsule Kalissiensi et Blasio Notario praedicti Domini Jaroslai, Praepositi ecclesie ~~Beate~~ Sancte Marie in Kalis, Dioecesis Gnesnensis, testibus ad praemissa.

Et ego Sulislaus olim Nicolai de Przedzino, Clericus Gnesnensis Dioecesis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, quia praedictis resignationi, transsumptioni aliisque omnibus superius expressatis una cum praenominatis testibus praesens interfui ipsasque litteras non cancellatas, non rasas, non abolitas, non vitiatas nec in aliqua sui par- suspectas, vidi, redegi, et eas ad petitionem praedictorum vicariorum in praesenti transsumpto de verbo ad verbum nil addens vel imminuens, quod sensum mutet vel vitiet intellectum, transcripsi fideliter et transsumpsi et in hanc publica redigens signo et nomine meis solitis et consuetis fidem et testimonium praemissorum.

1422 [20.VIII, Korczyn.]

184

Vladislaus Rex approbat hanc eandem venditionem et emptionem medietatis tertiae partis in molendinis maiori et minori, Benessii dictis.

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humanae naturae commoda nihil dignius memoriā habeatur, opportunum existit ut actus hominum literarum apicibus et testium annotatione perennentur, ne lapsu temporis evanescant. Proinde nos Vladislaus Dei gratia rex Poloniae, nec non terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cujaviae, Lithvaniaeque, princeps supremus, Pomeraniae Russiaeque dominus et haeres etc. Significamus tenore praesentium, quibus expedit universis praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris. Quod licet omnis curae sollicitudine circa regalis debiti officium intendere studio quotidiano cogimur, et ad universorum profectum, quos Deus altissimus nobis subesse voluit, arcemque et caput illis nos constituit, iugiter vires tencamur extendere, maxime tamen illos singularis nostrae intentionis respectus zelo debet amplioris charitatis amplecti, qui mundanis gloriae vanitatibus contemptis, solius Dei obsequiis vivunt mancipati, quorum orationibus et mundana regna proficiunt, et fructus vitae aeternae nobis per eos increbrescunt, quos sicut hic intercessores ad Deum habemus, merito nos eorum hic fatemur debitores et quae nobis Maiestas divina concessit potentia ad participandum, eis partem eorum negare non debemus, ut nostrorum temporalium copiis suffulti in remedium animarum nostrarum securiori valeant sedulitatis oratione vacare et nos diem extremi judicij expectantes cum operibus pietatis

./.

% possimus conspectum iudicis cuncta rimandis praevenire. Horum intuitu volentes pro terrenis coelestia, pro temporalibus permanentia suscipere, petitiones humiles et devotas religiosi Gregorij praepositi Corporis Christi monasterii Casimiriensis oblatas habuimus et accepimus continentes. Qualemus privilegium ipsorum per Stanislaum Poth Dampski tunc procuratorem nostrum Cracoviensem super quadam resignatione confectum, et datum de innata nostrae celsitudini clementia, approbare, innovare, ratificare, gratificare, et confirmare dignaremur. Cuius tenor de verbo ad verbum sequitur et est talis. In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Stanislaus de Paddambice procurator terrae Cracoviensis Generalis, notum facimus praesentibus et futuris praesentium notitiam habituris. Quod venientes ad nostram praesentiam providus vir Felix civis Cracoviensis una cum consorte sua Agnete filia Casper Krugiel olim civis Cracoviensis, sanus mente et corpore, praehabita deliberatione matura, fretusque suorum amicorum salubri consilio, ac eiusdem Agnetis suae uxoris, tanquam legitimae haeredis et successione paterna praelibati Caspar Krugiel patris ipsius Agnetis speciali et spontaneo consensu pariter et assensu. Quae Agnes tunc aetatis erat ad annum minus triginta et sex annorum, vendidit et libere resignavit omnem medietatem tertiae partis molendinorum majoris Murati, et minoris ligneí, sitorum seu locatorum in flumine Rudawa, ante valvam sive portam civitatis Cracoviensis titorum communiter nuncupatam, venerabili et religioso viro domino Gregorio praeposito monasterii apud corpus Christi in oppido Casimiria circa civitatem Cracoviensem sitam et suo conventui pro quingentis et viginti quinque marcis grossorum latorum monetae Pragensis, numeri vero

/.

Polonicalis, quadraginta et octo grossos in quamlibet marcam computandos, cum omnibus et singulis eorundem molendinorum utilitatibus, mensuris, mobelis et quibusvis aliis utilitatibus quibuscumque nominibus censeantur, nihil penitus pro se, aut eorum haeredibus et successoribus legitimis juris ac utilitatis in eisdem molendinis medietatis tertiae partis praedictae reservando. Insuper ne huiusmodi venditio praefato domino Gregorio praeposito et suo conventui in futurum in aliquo posset nocere, aut aliqua impedimenta vel turbationes afferre, generos eorundem Felicis et Agnetis, videlicet Stanislaum Twrzykonis oppidanum de Casimiria et Hanussium aurifabrum de Cracovia ad nostri praesentiam legitime fecimus vocari, an huiusmodi venditioni et resignationi per praefatos Felicem et Agnetem suam uxorem per parentes uxorum eorundem Stanislai et Hanussii, vellent se opponere aut in aliquo contradicere et se obicem ponere, si quid vellent aut possent de iure vel aliquo palliato colore. Qui Stanislaus et Hanussius venire noluerunt, nec in aliquo eandem venditionem impediverunt. Quam venditionem nos ratam et gratam habentes, admisimus et admittimus per praesentes. Ipsi domino praeposito et suo conventui eandem medietatem tertiae praesentis molendinorum supradictorum habendam, tenendam, possidendam, vendendam, commutandam et in usus beneplacitos convertendam, prout eidem domino praeposito et suo conventui ac ipsorum posteris melius et utilius videbitur expedire. Et nihilominus praefati Felix et Agnes fecerunt fideiussoriam cautionem pro pueris suis et quibusvis aliis amicis et cognatis, qui se aliquid iuris habere praetenderant in eadem parte praedictorum molendinorum, promittentes eosdem praepositum et suum conventum in pacifica possessione tueri, a quolibet persona secundum consuetudinem iuris terrestris. Harum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio literarum. Actum et datum in Castro Cracoviensi in domo habitationis nostrae solitae, feria quarta proxima post festum S. Mathiae

/.

[1432, 27.II, Cracoviae]

/. apostoli. Anno Domini MCCCC.XXXII°. Praesentibus ibidem strenuo et nobilibus dominis, Petro Szafraniec subcamerario Cracoviensi, Jaskone de Szczytkowice, Petro de Szrzenczyce Jacobo Kowalski, Michaele aurifabro et Joanne Sindrami civibus Cracoviensibus. Cuius petitionibus tanquam iustis et rationi consonis benigniter acclinati, huiusmodi resignationem sic factam et admissam, approbamus, innovamus, ratificamus, gratificamus et confirmamus, decernentes robur obtinere perpetuae firmitatis. Hoc tamen adiecto et specialiter expresso, quod praefati fratres ratione suae sortis in dictis molendinis, prout hoc eiusdem sortis possessoribus interest ab antiquo, tales molendinatores observabunt et tenebunt, qui praefatorum molendinorum onera solita sustinebunt, et scient defectus ipsorum casus et ruinas quotiescunque imminebunt reformare. Quodsi in eo dicti fratres fuerint negligentes extunc nobis salva potestas remaneat ipsos fratres compellendi ad vendendas sortes molendinorum praedictorum alicui, qui praedicta molendina melius valeat atque possit gubernare et servare, ac ipsorum incommodis discretius providere. Harum quibus sigillum nostrum appensum est, testimonio litterarum. Actum in Nova civitate alias Korczyn feria quinta post festum assumptionis Mariae virginis anno Domini MCCCCXXII. Praesentibus reverendis in Christo patribus dominis. Joanne Dei gratia Leopoliensi Archiepiscopo, Joanne Vladislaviensi episcopo, magnificisque et strenuis Nicolao de Michałow castellano Cracoviensi, Joanne de Tarnow Cracoviensi, Petro Szafraniec Sandomiriensi paladinis, et Joanne Taskia. de Koniecpole, aliisque fidedignis. Datum per manus eiusdem reverendissimi in Christo patris domini Joannis episcopi Vladislaviensi regni Poloniae cancellarii et venerabilis Vladislai de Oporow decani Cracoviensi vicecancellarii eiusdem regni sincere nobis dilectorum. Locus sigilli appensilis.

Nos Nicolaus de Michalow palatinus Sandomiriensis, capitaneus Cracouiensis et Petrus Szafraniecz de Pieszkowa Skala succamerarius Cracouiensis et capitaneus Siradiensis, notum facimus, quibus expedit, vniuersis, tam presentibus quam futuris, harum noticiam habituris, quomodo inter honorabilem ac religiosum dominum Nankerum prepositum Zwierzynecensem, parte ab vna, et inter laboriosos viros cmethones eiusdem domini prefati de villa wlgariter nuncupata Bibicze, parte ab altera, contractum seu ordinacionem fecimus ita, quod dicti cmethones de quolibet laneo quilibet seorsim vnam mensuram siliginis ad hiemem et vnam mensuram similiter auene ad estatem seminibus predicti domini prepositi debent seminare et ista omnia metere 1) et ad horreum ipsius ibidem in Bibicze conducere. Eciam omnes cmethones prefati debent falcare fenum vnam diem et congregare ac in domum predicti domini prepositi ibidem in Bibicze conducere, negocijs regalibus per omnia semper saluis. Item omnes cmethones iam dicti debent ducere per vnam diem in anno sepem et sepire cum eadem; eciam sepedicti cmethones omnes et singuli similiter vnam diem in anno debent fimum de curia predicti domini prepositi ad campum ipsius educere. Item quandocumque prenotatus dominus prepositus Zwierzynecensis ad villam Bibicze prefatam venerit, tunc multociens dicti cmethones debent cereuisiam de oppido Skala pro pecunijs prefati domini prepositi emptam, in ibidem adducere ordinarie, videlicet vnus post alium et sic vsque in finem ordinem suum predictum resumendo, quocienscumque eidem preposito de cereuisia huiusmodi in villa antedicta demorandi fuerit oportunum, et censum soluere debent secundum antiquam consuetudinem, festum sancti super Martini. Item oua, caseos tempore paschali et pullos ad diem sancte Marie, iuxta quod et alie ville soluunt, soluere tenebuntur. Insuper iudicaria wlgariter wieczne secundum antiquam consuetudinem soluere oportebunt. Item omnes et singuli cmethones predicti de quolibet laneo ac quilibet seorsim pro stacione domini Regis, dum et quando prefatus dominus rex dare demandauerit, per vnam mensuram auene, per duos gallos, per decem oua, per duos caseos, per duos grossos peccunie communis dare tenebuntur et debebunt. In cuius rei testimonium maioremque euidenciam sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum et actum Cracouie feria tercia in vigilia sancti Nicolai confessoris et episcopi gloriosi, anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo quarto.

Relat. castr. capit. Crac. N. 4 str. 986.


1) oryg. myeme eternum

187

1425. [20. VIII, Troschin.]

In nomine Domini amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Semowithus Dei gracia Senior dux Mazouie Russieque princeps necnon terrarum Plocensis, Rawensis, Sochaczouiensis, Gostinensis, Plonensis necnon dominus et heres Wisnensis et Belzensis etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit vniuersis, quod animaduertentes et bene considerantes fidelia et fructuosa seruicia, que nobis a multis retroactis temporibus strennui et nobiles ac proceres de genere et nacione Rogalitarum, duo cornua vnum cerui aliud vero bubali in clipeo et pro armis deferentes et proclamacione Rogalye wlgariter vocati studiose impenderunt et adhuc in futurum nobis et nostris successoribus temporibus euiternis sunt impensuri et exhibituri diuina clemencia suffragante vnacum ipsorum posteris fideliter et constanter, precibus eciam venerabilis Czamboryj de Gilowo, nostri cancellaryj benigniter acclinati, horum intuitu meritorum ipsis graciam volentes facere specialem, vt ceteri de alyjs nacionibus ipsorum exemplo ducti, ad nostra seruicia et obsequia eo feruencius et audacius conuolarent: omnes et singulos milites, nobiles, proceres de eodem genere et nacione Rogalitarum, quocumque nomine et vocabulo vocentur, in terris nostris Mazouie vbilibet constitutos et ipsorum legittimos successores tenore presencium liberamus, absoluimus et eximimus in perpetuum tempus et in euum ab omnibus iudicyjs omnium iudicum et subiudicum palatinorum, castellanorum ceterorumque dignitariorum nostrorum et ministerialium ipsorum, vt decetero per ipsos non citentur nec iudicentur; et si citati fuerint, non compareant, pena eos vnnimode nulla sequente, nisi coram nostra uel successorum nostrorum presencia cuiquam suorum aduersariorum in omnibus ipsorum causis tam magnis quam paruis respondeant et respondere tenebuntur, et hoc sigillo ac anulo nostro solummodo citati. Tempore autem, quo nos de terra nostra Mazouie transire contigerit, sigillo capitanei, qui pro tempore fuerit, citentur, uel coram nostro iudice generali suis aduersaryjs respondebunt. Si vero in aliquibus penis magnis et paruis in iudicio nostro manserint seu eas luerint, nulli ipsas domino dignitariorum et honoratorum et ministerialium nostrorum wlgariter czestnikom ac

./. zupparionum ipsorum solvere tenebuntur, nisi partem no-
stram, nos et successores nostros tangentem, necnon iudici
duos, subiudici vero unum grossos pro qualibet pena
quinquagenali solvere teneantur et presentibus sint as-
tricti. Absolvimus insuper prefatos nobiles et proceres de
dicta nacione Rogalitarum a pena sex marcarum, ut si in
huiusmodi penam in iudiciys nostris fuerint condempnati,
nulli eam solvere teneantur. Hoc eciam adiuncto et specialiter
expresso, ut si aliquibus spiritualibus uel secularibus personis
de prefata nacione Rogalitarum aliquas gracias, liberta-
tes, exempciones speciales concessimus, dedimus, uel in pos-
terum dabimus et concedemus, non obstante presenti privi-
legio et exempcione volumus, quod in sue robore et firmitate
iuxta continenciam ipsarum dicte gracie, libertates et exemp-
ciones speciales permaneant. In cuius rei testimonium si-
gillum nostre magestatis presentibus est appensum. Ac-
tum in Troschin feria secunda infra octauas Assumpcio-
nis Marie virginis gloriose, anno Domini millesimo qua-
dringentesimo vicesimo quinto. Presentibus ibidem venera-
bilibus Dominis: Michaele sancti Michaelis preposito, qui
presencia habuit in commissis, Czamborio de Gilewo can-
cellario nostro et canonico ecclesiarum Plocensis, necnon
strennuis et nobilibus Stanislao Grad palatino, Sassino
de Trampky Plocensibus, Andrea de Czichomicze Gor-
tinensi castellanis, Petro de Campa succamerario Plo-
censi, Petro alias Luca de Bobsko subpincerna curie
nostre et alys quamplaribus fidedignis ad premissa,



188

1426. 18/4.

In nomine Domini Amen.

(Dum vivit litera, vivit et actio literae commissa, cuius assertio nutrit memoriam et labiles eius semper perpetuant actiones. Proinde nos Sandivoguis de Ostrorog, palatinus posnaniensis nec non capitaneus maioris Poloniae generalis, significamus tenore presentium, quibus expedit universis. Quomodo consilio amicorum nostrorum coassumpto cum venerabili viro, domino Venceslao, preposito sancti Ioannis domus dominici sepulchri hierosolymitani ante Gnesnam talem fecimus commutationem dedimusque et perpetuo assignavimus sibi et successoribus suis aream nostram circa ortum monasterii sancti Ioannis predicti iacentem ex una et inter lateribus capituli gnesnensis partibus ex altera pro parte terrae inter agros sancti Ioannis monasterii predicti iacente in monte circa viam quae vadit in Vinari ex civitate ex una parte et aliam viam, quae vadit ab ecclesia sancti Michaelis transverso per primam viam ad ecclesiam sanctae crucis usque ad ortum Stanislai argillatoris et ab eodem monte transeundo in Vinari usque ad primam fossam, quae per decursum aquae vadit, a prima via descripta ad Vinari, prout iam est per predictas vias fossatum et limitatum. In qua quidem parte terrae et monte predicto molendinum ventile fundavimus, construximus et aedificavimus ac in eo usus ampliores faciemus. Aream vero predictam predictus

1426. 1/4

dictus dominus Venceslaus praepositus et successores sui tenebunt, possidebunt perpetuis temporibus et in aevum.

Harum quibus sigilla nostra sunt appensa testimonio literarum. Actum et datum Gnesne feria 5ta proxima post festum sancti Adalberti anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo sexto. Praesentibus nobilibus viris Derslao de Orzeszkowo, Michaele Lunak de Urbanowo, Sandivogi de Skurki, Joanne de Kamiona, Stephano de Chebi et Joanne Sabienta de Modliszewo haeredibus et testibus fide dignis, ad praemissa vocatis et rogatis in fidem et testimonium praemissorum.

Cui quidem privilegio sigillum in zona sericea flavei coloris fuit appensum, in cuius medio quaedam figura ornata ad modum crucis, in cuius extremitate infima arma de domo Nałęcz in clypeo et super clypeum galea superque galeam corona et super coronam quaedam cornua ac ex utrisque partibus galea quidam flores sculpti apparebant, literae vero circumferentiales legi videbantur: "Sigillum Sandivogii de Ostro=", et in alia parte clypei armorum "=rog. palatini posnaniensis" et in alia parte eiusdem sigilli minus sigillum fuit figuratum, in cuius medio galea

et

et super galeam cornua et inferius sub ga-
lea člypeus, arma in se habens de domo Nā-
tecz. Litere vero circumferentiales legeban-
tur, cruce premissa Sandivogii palatini.
~~Hec quidem sigilla dominorum Premisl et~~
~~Boleslai~~

z ks. Oblat 199 str. 322.

1426 [8.VII, Cracoviae.] 190

Ioannes decanus Cracoviensis authoritate apostolica confirmat praedicta.

Reverendo in Christo patri et domino domino Sbigneo Dei gratia episcopo Cracoviensi, eiusque in spiritualibus vicario et officiali generali, ac illi vel illis, ad quem vel ad quos parochialis ecclesia, Corporis Christi in Casimiria dioecesis Cracoviensis ante et prope Cracoviam, collatio, provisio, praesentatio, seu quaevis alia dispositio, communiter vel divisim pertinet, omnibusque aliis et singulis, quorum interest vel intererit, quosque infrascriptum tangit negotium seu tangere poterit quomodolibet in futurum quibuscunque nominibus censeantur, aut quacunque fulgeant dignitate, Ioannes decanus ecclesiae Cracoviensis, cancellarius regni Poloniae, commissarius sive executor unicus ad infrascripta a sede apostolica specialiter deputatus, salutem in Domino, et praesentibus fidem indubiam adhibere. Literas sanctissimi in Christo patris et domini mei domini Martini, divina providentia Papae V. moderni, eius vera bulla plumbea cum cordula canapea more romanae curiae impendenti, bullatas, sanas, salvas, et integras, non vitiatas, non cancellatas neque in aliqua parte sui suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicione carentes, nobis per venerabilem virum dominum Ioannem praepositum monasterii Corporis Christi in Casimiria praedicta Ordinis S. Augustini fratrum Canonicorum regularium, coram notariis ac testibus infrascriptis praesentatas, nos cum ea qua decuit reverentia recepisse noveritis, huiusmodi sub tenore

./.

Martinus episcopus servus servorum Dei, dilecto filio de-
cano ecclesiae Cracoviensis salutem et apostolicam benedic-
tionem. Desiderantes statum ecclesiarum ac monaste-
riorum omnium, quorum nobis cura imminet generalis
etc. etc. ut supra usque ad finem. Post quarum quidem
literarum apostolicarum praesentationem et receptionem
praefatus dominus Ioannes praepositus nobis humiliter
supplicavit, ut ad executionem earundem literarum
iuxta vim, tenorem, et continentiam ipsarum procedere-
mus, praedictaque omnia, scilicet translationem, tradi-
tionem, erectionem, donationem, institutionem, con-
firmationem et approbationem in dictis literis aposto-
licis contenta, authoritate apostolica praedicta nobis,
ut praemittitur, commissa confirmaremus, et alia fa-
ceremus, quae nobis vigore earundem literarum man-
datum et mandatur. Nos vero Ioannes executor prae-
fatus volentes mandatum praedictum apostolicum no-
bis in hac parte directum et commissum reverenter exequi,
ut tenemur, productis primitus coram nobis per eundem
Ioannem praepositum nonnullis certis et veris ac authen-
ticis literis, una Serenissimi principis et domini domini
Vladislai Dei gratia regis Poloniae ipsius regiae maie-
statis, et alia olim reverendi in Christo patris et domini
domini Petri, eadem gratia episcopi Cracoviensis sigillis
desuper datis, concessis, et confectis, sigillatis, ad infor-
mandum plene animum nostrum de et super, in dictis
literis apostolicis, ut praefertur, contentis, ipsisque per
nos receptis, visis, et diligenter masticatis, volentes in
eadem negotio nimis praecipitare, ne alicuius iuri in
eadem negotio nobis commisso derogare videamur

./.

./. praefatum episcopum et omnesque alios et singulos, quorum interest, vel intererit, ad videndam et ostendendam per nos executionem praedictarum literarum apostolicarum et contentorum in eis procedi, nec non dictam parochialem ecclesiam in monasterium sive praeposituram, ac jus patronatus in fratres seu conventum dicti monasterii, et praedictam translationem, incorporationem, ratificationem etc. dicto praeposito et ejus conventui perpetuo authoritate praedicta apostolica roborari, ratificari et confirmari, per certas nostri tenoris literas nostro sigillo munitas citari mandavimus et fecimus ad certum peremptorium competentem terminum horis et locum nostri ad praesentiam. In quibus constitutus coram nobis saepe nominatus dominus Joannes praepositus, dictam citationem a nobis emanatam debiteque executam realiter et in scriptis reportavit, citatorumque in eadem contentorum non comparentium contumaciam accusavit et ipsos contumaces reputari ac in eorum contumaciam ad executionem literarum praedictarum apostolicarum procedi dictamque ecclesiam quondam parochialem in dictam praeposituram et conventum fratrum praedicatorum cum ejus fructibus universis et obventionibus ac praedicta omnia translationem incorporationem etc. per nos confirmari juxta tenorem earundem literarum apostolicarum in forma solita et consueta instanter postulavit. Et quia ex dictis literis regalibus, loci que ordinarij praedicti, et aliis certis nobis et munimentis, quae etiam nobis per se satis clara existunt, et manifesta comperimus et invenimus contenta in dictis literis apostolicis veritate fulciri, dictam ecclesiam olim parochialem corporis Christi in Casimi-
./.

ria in monasterium et conventum praedictum, ac eius re-
ctorem in praepositum, translatam et translatum fuisse
et esse, nec non roborationem, confirmationem etc. fore
per omnia vera. Unde nos Joannes executor seu commis-
sarius praelibatus authoritate praedicta videlicet trans-
lationem, incorporationem etc. confirmamus, et ex su-
perabundanti ratificamus, approbamus etc. Ita quod
cedente et decedente praeposito dictae ecclesiae sive mona-
sterii, qui nunc est, vel ipsam praeposituram, alias
quomodolibet dimittente, liceat praefatis fratribus in
eodem conventu sive monasterio degentibus et manen-
tibus alium praepositum sive rectorem dicti monasterij
et praepositurae canonicae iuxta ipsorum regularem ob-
servantiam solitam et consuetam eligere, nominare, et
assumere, ipsoque assumpto, nominato et electo, secundum
tenorem praedictarum literarum regalium et loci ordi-
narii et consuetudinem priorem alias tentam et appro-
batam, sine impedimento cuiuslibet loci ordinarii prae-
dicti Cracoviensis, aut eius vicarii in spiritualibus per
confirmationem et investituram eiusdem praepositurae
obtinendam, nisi aliud canonicum obsistat, verbo aut
scripto praesentare, ipsamque ecclesiam sive praeposi-
turam in omnibus suis fructibus etc. regere, tenere,
et gubernare praedictam praeposituram pro tempore
et eius successores legitimos, aeviternis temporibus
proviso tamen, quod eadem ecclesia parochialis, sive
praepositura debitis non fungetur obsequiis, et ani-
marum cura in ea nullatenus negligatur. In quo-
rum omnium fidem et testimonium praemissorum
praesentes nostras literas, seu praesens publicum instru-
mentum per notarios publicos nostros infrascriptos

% et facti huiusmodi tunc coram nobis scribas, scribi et publicari, nostrique sigilli munimine mandavimus roborari et communiri. Actum et datum anno domini millesimo quadringentesimo vigesimo sexto, indictione quinta, die octava mensis Iulii, pontificatus Sanctissimi in Christo patris et domini domini Martini Divina providentia papae V. anno nono, hora tertiarum, vel quasi in domo habitationis nostrae sita Cracovie sub castro Cracoviensi. Praesentibus venerabili et honorabilibus viris dominis Petro de Wolbram licentiato in decretis Scholastico Gnesnensi et canonico Cracoviensium ecclesiarum, Clemente de Wiarzowa plebano in Mnoga, Nicolao Sleymar, Martino et Gregorio fratribus praedicti monasterii testibus circa praemissa. Signa vero notariorum una cum subscriptionibus eorundem talia apparebant. Et ego Paulus Jacobi etc. etc.

194

R. 1428. dnia 27. 28.º Grudnia. [Cracoviae.]

In nomine Domini Amen. Ad rei memoriam sempiternam Tunc enim omnium calumpnie ianua precluditur dum quod per mortales geritur, scriptis autenticis memorie commendatur. Proinde nos Sbigneus Deigratia Episcopus Cracoviensis Significamus tenore presencium quibus expedit universis, Quomodo honorabilis Johannes altarista, altaris seu prebende S. Marie et s. Christofori in Ecclesia parrochiali ad s. Jacobum in Kazimiria extra civitatem Cracoviensem, altari predicto et Successoribus suis meliorem facere volens condicionem, de consensu et voluntate nostris certis de causis tunc coram nobis per dictum Johannem deductis, partem hereditatis seu allodium in villa Swoschowicze, nostre diocesis ad dictum suum altare seu prebendam ex causa fundi et dotationis legitime spectantem et pertinentem, Venerabili viro fratri Gregorio Preposito et Conventus Monasterii Corporischristi ibidem in Kazimiria Quorum villa seu hereditas predicta Swoschowicze existit, pro Triginta Marcis pecunie communis vendidit et assignavit. Intuitu et loco cuius hereditatis seu allodij Censum sibi et dicto altari utiliorem, Unum videlicet ffamulum cum Sepo consueto, in montibus et in oppido Veliczka consistentem et laborantem, apud Providum Albertum Molendinatorem de Nyepolomicze, pro viginti octo marcis ~~pecunie communis vendidit et assignavit~~ monete et numeri polonicalis Mediorum grossorum emit et cum effectu comparavit: Quemadmodum ex litteris Resignacionis eiusdem Census fuit facta nobis plena fides. Ut igitur emptio huiusmodi Census et ipsius perceptio robur obtinere possint perpetue firmitatis, Nobis debita cum instancia prefatus Johannes altarista supplicare curavit, quatenus huiusmodi empcionem Census predicti, per ipsum taliter ut premissum est factam, cum omnibus suis utilitatibus, redditibus et proventibus presentibus et futuris admittere, ratificare et confirmare, ipsumque Censum seu ffamulum huiusmodi dicto Altari et suis Successoribus Incorporare et ascribere dignaremur. — Nos itaque Sbigneus Deigracia Episcopus Cracoviensis memoratus, supplicacionibus prefati Johannis altaristae, utpotte Iuri et racioni consonis an-

~~nuendes~~

nuentes, quodque justa petentibus non est denegandus assensus attendentes, Empcionem Census predicti, in quantum de jure possumus, admittimus, ratificamus et confirmamus. Ipsumque Censum seu famulum una cum omnibus et singulis suis utilitatibus, proventibus et obventionibus altari predicto seu prebende tenore presencium appropriamus, incorporamus et asscribimus, per ministros seu altaristas altaris predicti S. Marie et Christoffori, qui pro tempore fuerint, tollendum, levandum realiterque et cum effectu percipiendum temporibus perpetua duraturis. Decernentes, quod deinceps ecclesiasticus Census nominetur, et pro eius tuicione, defensione ac recuperatione, nonnisi ad forum Ecclesiasticum recursus habeatur. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium pre=missorum presentes nostras Confirmationis et Ratificacionis litteras scribi mandavimus, et nostri appensione sigilli fecimus communiri. Actum et datum Cracovie feria Tertia ipso die beati Johannis Apostoli et Evangeliste ante portam Latinam. Anno Domini Milesimo qua=dringentesimo tricesimo octavo. Presentibus ibidem honorabilibus viris Dominis Henrico Archidiacono Sandomiriensi, Stanposta Canonico Calisiensi et Danile plebano in Tuchow Ecclesiarum testibus circa premissa.

z rękoma na piersi złożonemi

⋿ U nog biskupa popod Książęcą osoba klęczy ku biskupowi na tronie siedzącemu zwrócona osoba, która zdając się mieć infułę na głowie, również biskupem być się zdaje. Wszystkich trzech pier=wszych najprzód wymienionych osób głowy są otoczone tuną świętych t. j. kręgiem okrągłym tak, iż biskup na tronie Św. Stanisława, Książę Św. Wacława, a rycerz Św. Floryana przedstawiać się zdaje. Napis okólny: Sigillum Sbignei Dei et apostolice ~~gratia~~ Sedis gracia epi. Cracoviensis.

Z oryginału na pergaminie będącego własnością p. Radwańskiego, dziedzica Swoszowic. u którego zawieszona pieczęć w skorupie żywicznej, w środku na wosku czerwonym wytłoczona, a zawieszona na sznurku jedwabnym, niegdyś z czerwonego i czarnego koloru splecionym. Pieczęć wyobraża Biskupa na wzniesionym krześle siedzącego w infule niskiej, z pastoratem na lewem ręku opartego, prawą zaś rękę do błogosławieństwa wzniesioną mającego, Pod nogami Biskupa tarcza u spodu zaokrąglona, która całą na cztery równe części przedziela krzyż równoramienny — w przedziałce czwartej u spodu po prawej ręce jest znak herbu Ankwicz, t. j. jakby litery **W**. Po bokach biskupa dwie stoją osoby, z których jedna po lewej stronie pieczęci wyobraża Książęcia w mitrze książęcej i w płaszczu stojącego i trzymającego snadź w ręku chorą=giew, której proporzec po nad mitrą powiewa. — Z lewej strony pieczęci stoi rycerz z czapką na głowie, lecz z odkrytą twarzą, w płaszczu w popod szyję spiętym, z przodu roztwartym, lecz na lewe ramię spadającym w zbroi i z widoczną u lewego boku rękojeścią miecza. Rękę lewą opartą mający na tarczy w tensam sposób w podobnym krzyżem przedziolonej, jak tarcza ~~dwa~~ ~~tarcza~~ wyż rzeczona. ⋿

1429. 19/9.

Instrumentum publicum mencionem transsumpti continens bulle domini Innocencii super decimis nonalibus ubi veteres non contingunt.

241. In nomine domini Amen. Per hoc presens publicum instrumentum cunctis pateat evidenter sitque manifestum quod anno eiusdem domini M°CCCC°XXIX° die vero lune ante festum sancti Mathei appostoli que fuit decima nona mensis septembris hora eiusdem diei vesperorum vel circa, indiccione septima, pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Martini divina providencia pape quinti anno XII° in civitate Bismirina (!!) et ante domum habitacionis honorabilis et sapientis viri magistri Petri Dutimalmissert in decretis licenciati et baccalaureati in legibus civis Bismirinensis personaliter constitutus reverendus in Christo pater et dominus dominus Stephanus abbas monasterii beate Marie Bellevallensis ordinis Cisterciensium Bismirino diocesi, coram me notario publico subscripto et testibus inferius notatis presentavit et exhibuit quasquidem litteras appostolicas in filis ciricis croceis et rubeis more romane curie bullatas et integras sanas in bulla et scriptura non viciatas non cancellatas non corruptas non abrasas sed omni prorsus vicio et suspicione carentes, mihique notario publico predicto subscripto peciit sibi de eisdem litteris apostolicis duplicatum et extractum fieri atque tradi sub signo mei notarii publici subscripti,

quod eidem duxi concedendum, Quarumquidem dictarum appostoli-
241. carum tenor de verbo ad verbum

196

Zap. Kramostau 1/32

1430.

Quomodo venientes nobilis petrus de Sdanowo cum Johanne de Colynye dicto Lyedlath missi a dominis consiliariis de consilio et convencione que noviter in Grodek celebrata est ut nos jniremus

1431. 197

Inscr. Crac. 75 p. 179

[8. IX, ante Wladimiriam.]

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Cum inter humane nature commoda nihil dignius memoria habeatur opportunum existit, ut actus hominum litterarum apicibus et testium annotacione fore perhennentur, proinde nos Vladislaus, Dei gratia rex Polonie, nec non terrarum Cracovie, Sandomirie, Siradie, Lancicie, Cuiavie Lituanie princeps supremus, Pomeranie Russieque dominus et heres, significamus tenore presencium, quibus universis tam presentibus quam futuris, presencium noticiam habituris, quomodo cupientes bene meritorum actibus et fidelibus obsequiis premiorum condignorum et beneficiorum debitorum largicione liberali respondere, ceteros, quo ad similes actus virtuosos liberalitate nostra alicere, strenuo et nobili Petro Odrowasz de Zagorze capitaneo Samboriensi, militi nostro fideli dilecto, quem apud nos tam clare fidei, quam actuum strennorum constancia apud recomendat, qui per multa tempora in nostris se exercuit obsequiis et presertim guerrarum temporibus, quas preclaro principi domino Boleslao alias Swithergal pro notorijs et evidentibus nonnimus injuriis tam in Luceoni expedicione, quam in terrarum Podolie ab hostium insultibus animosa et constanti defensione grata et utilia Reipublice et corone faciendo servicia nobis placere meruit et in futurum aucto fidelitatis studio et beneficiorum nostrorum suscepcio

ne allectus poterit prestancius complacere, sibi et suis heredibus ac successoribus legittimis villas nostras videlicet Scha=tanów, Stryjowa, Stryjowka, Postolowcze, Jablonow, Zinkowcze, Grymeczka, Zaynicze, Buzukowcze in Smotricensi, Czess in Leti=censi et Myczaków in Wynnicensi Distri=ctibus et terra Podolie sitas, damus dona=mus, conferimus et tenore presencium inscribimus et largimur donacione perpe=tua et irrevocabili perpetuis temporibus duratura. Quas quidem villas Schatanow Stryjowa, Stryjowka etc. prefatus Petrus Odro=wasz, ipsius posteri et successores legittimi cum omnibus ipsarum utilitatibus, intro=ctibus, fructibus, censibus, redditibus, the=loneis, proventibus et obvencionibus uni=versis nec non campis, agris, pratis, planis, pascuis, nemoribus, silvis, merricis, virgul=tis, quercetis, rubetis, borris, pinetis, melli=ficiis, aucupacionibus, venacionibus, fluviis piscinis, molendinis et ipsorum emolu=mentis, piscaturis, lacubus, paludibus ri=vis, aquis et aquarum decursibus, ceterisque usibus et commoditatibus, que nunc sunt et in futurum arte vel humano in=genio adaugeri et fieri possunt, prout ville predicte in suis metis et graniciebus lon=ge late et circumferencialiter sunt limi=tate et distincte tenebunt, habebunt, uten=tur, fruentur et pacifice possidebunt per=petue et in eum commutabunt, vendent,

alienabunt, donabunt et iuxta ipsorum
voluntat~~em~~is beneplacitum de eisdem
providebunt et disponent, prout ipsis
et ipsorum successoribus utilius et
melius videbitur expedire. Sed quia ville
predicte Schatanow, Stryjowa, Stryjówka etc.
per olim dominum Alexandrum alias Wy-
thawdum, magnum ducem Lithwanie etc
fratrem nostrum, a magnifico Petro Schaf-
franiecz, tunc Succamerario Cracoviensi
nunc vero Sandomiriensi Palatino, cui ipsas
titulo donacionis perpetuo dederamus pro
mille sexagenis grossorum latorum Pragen-
sium comparate (?) fuerunt et empte nosque
tunc mille sexagenas predictas a prefato
duce magno etc. levavimus et pro nostris
necessitatibus exposueramus, de quibus de-
num Petro Schaffraniecz predicto mille centum
marcas numi. pol. et monete Bohemicalis,
videlicet grossorum latorum Pragensium
restitueramus et persolveramus, cum effectu
centum et quinquaginta marcis monete
et numeri predictorum adhuc sibi per nos
solui restantibus, illud ideo presentibus inse-
ri volumus et cavere, quod presentes litteras
aut ipsis in tenore similes non prius sigillo
majestatis faciemus roborari et muniri
nisi perante residuum mille sexagenarum pre-
dictarum prefato Petro Schaffraniecz per nos
solutum fuerit integraliter et ex toto. Quibus
quidem mille sexagenis eidem Petro Schaffra-
niecz et successoribus suis ad finem et plene
solutis ipsorumque residuo, videlicet centum

quinquaginta marcis sibi aut suis here-
dibus assignatis per nos et traditis presen-
tes litteras aut ipsis in tenore similes volu-
mus majestatis nostre sigillo sigillari et
muniri, aliasque nostras terras super dona-
cionem villarum predictarum in persona
prefati Petri Schaffranicz confectas et
sigillo majestatis nostre communitas Pe-
tro Odrowansch predicto tradi et assi-
gnari volumus cum effectu ipsarumque
tenorem ~~quantum~~, quantum ad perso-
nam prefati Petri Schaffranieck et suorum
successorum extenditur irritas esse volumus
nec aliquod, quo ad eos robur ipsas decer-
nimus obtinere firmitatis. Transferentes
et presentibus transfundentes omnia iura,
commoditates, concessiones, donaciones et
gratias in eisdem litteris contactas in
prefatum Petrum Odrowansz et ipsius
legitimos successores volentes etiam et teno-
re presencium concedentes, ut ipse Petrus
Odrowansch, suique legitimi successores
omnibus commoditatibus et graciis in
predictis litteris contactis perpetue gau-
deant et fruantur serviciaque nobis
[cognomine] ~~corone~~ donacionis nostre huiusmodi debita
tot lanceis et personis ad singulas expedicio-
nes facere et solvere sint astricti, quod in
predictis litteris prioribus reperiuntur et
habentur expressate et descripte. Ut autem
presentes littere robur obtineant perpetue
firmitatis, ipsas scribi et sigilli nostri fe-
cimus appensione ~~roborari~~ muniri. Actum
ante Wladimiriam loco ~~staciorum~~ stacionum

nostrarum cum exercitibus nostris cam„
pestribus Sabbato ipso die Nativitatis
sancte Marie Virginis, anno domini mil„
lesimo quadringentesimo tricesimo primo
presentibus ibidem preclaro principe, do„
mino Semovito, duce Mazowie nec non
magnificis et nobilibus Nicolao de Micha„
low Cracoviensi, Sandivogio de Ostrorogo (sic)
Poznaniensi castellanis, Andrea de Doma„
barz Calisiensi, Martino de Calinowa Szi„
radiensi, Joanne de Lichni Brzestensi, Ja„
cenvo(?) de Brudzewo Wratislaviensi pallati„
nis, Martino de Slawsko Poznaniensi,
Laurencio Zaremba de Calinowa Siradiensi,
Alberto Malski Lanciciensi, Nicolao de
Thimienyecz Bidgostiensi castellanis
et aliis quam pluribus fide dignis. Datum
per manus Reverendi in Christo patris
domini Joannis episcopi Wladislaviensis
cancellarii et venerabilis Wladislai de
Opporów, decretorum doctoris prepositi
Lanciciensis vice cancellarii regni Polonie
sincere nobis dilectorum.

~~Super insulam ex opposito Wyelischewo Campka.~~

Inter villas Wyelischewo et Truterzyno ad monasterium Czirvenense spectantes et villas Zgierz, Nechronka et Izdbicza limites per arbitros constituuntur.

1432. [29. XII Nova Civitas]

Nos Silamus (Iwanus) de Vynnycza Judex una cum Martino de Gesrewo Subjudice Zacrominenses Significamus universis et singulis praesentibus ac futuris, tenorem praesencium legituris (sic) Qualiter cum in Judicio Serenissimi principis domini et domini Bolestai dei gratia ducis Mazoviensis una cum alijs nobiscum consedentibus pro tribunali sedebamus. Tandem Reuerendus in Christo pater dominus ac dominus Andreas Abbas monasterij Czirwensis (Czyrvenensis), per suum verum ac (et) legittimum procuratorem dominum Mycerslaum Commisum (Conversum / Commissarium) seu confratrem monasterij eiusdem Strenuum ac Nobiles viros dominos Rogalam Johannem de Wangrzinowo, et Georgium (Gregorium) alias Stromilonem de Bransk heredes per modum et formam Juris pro et super limitacione perpetuali citasset, inter hereditates seu villas Wyelischewo et Truthczino (Truterzyno) post fluvium Narewy sitas monasteriales ex una, et inter Zgerz Nyechronka et Gystbycza ex ista parte eiusdem fluvij iacentes dominorum Johannis Rogale et Georgij seu Stromilonis ex altera partibus, Terminos ~~inter~~ (autem) iam dictus dominus Andreas Abbas per eundem ipsius procuratorem Myecrslaum contra dominos suprascriptos omnes finaliterque

parendo determinasset, prout hoc eciam in libro iudiciali clarius et expresse habetur. Cum vero iam vocatus dominus Andreas Abbas, memoratos dominos Johannem Rogalam et Georgium alias Stromilonem ad terminos conclusibiles seu ~~summatos~~ summatyros sentenciatorios per citacionem attrahere conabatur postulans finem limitacionis inter hereditates repetitas certum et totalem optinere (sic) Sed quia a Jure non abiendo partes ambe ad arbitrium se iudicatas ~~dicaturos~~ Nobilium virorum ac dominorum tamquam expresse positorum satis ijdoneorum submiserunt vulgariter dalissrá dalissza k gednanu k gednanu, et hoc modo nostro iudiciali ~~as~~sensu et voluntate prexadmissa. Qui quidem domini arbitri unicuique parcium utrarumque iusticiam reddentes consilio sano et maturo habito per ~~summam~~ sentenciam ipsorum ~~arbitrorum mentatem~~ arbitrarmentalem (sic) alem ~~finiverunt~~ firmaverunt concluserunt et ~~summarunt~~ sentenciarunt arbitrantes per medium fluvij Narewij dicti procedendo, ex illa parte omnium insularum mediorum fluminis eundo, Incipiendo a loco Ustate dicto usque ad granicies hereditat~~um~~is dicte Dambe Ita tamen quod omnes Insule magne et parwe et medietas fluvij ut prefertur ex ista parte Insularum predictarum (tantummodo C.) antiquarum et eciam cum derivaturis

I — dalisszá — arbit = (jeden wiersz) = mentale (drugi wiersz) — Dambe — 7 try° —

deriuaturis eiusdem fluvij Narewij cum omnibus
utilitatibus quocunque nomine vocentur sint et
fieri debent dominorum prius scriptorum Johannis
Rogale et Stromilonis Alia vero medietas flu-
vij ꝗ iam dicti Narewij ex illa parte insularum
omnium maiorum fluminis decurrentis eciam
cum omnibus usifructibus in eo existentibus flu-
mine, fiant nominati domini Andree Abbatis
et sui monasterij Czirwensis [en] eviterno et in e-
vum tenenda pacifice et quiete temporibus per-
petuis partibus ambabus possidenda. Eo ~~quoque~~ [Eoque]
excepto quia kmetones de villis domini Abbatis
in eisdem insulis omnibus pecora et pecudes
ipsorum libere pascere valebunt sine dampno.
Quare nos arbitrium hoc ipsum sic factum
ut supra est, dictum dei auxilio habito
ratum firmum et inviolabile confirmavimus
roboravimus adiudicavimus, et per presentes ha-
bendum tenendum temporibus eviternis dura-
turum adiudicamus. Ita tamen quod ~~nulla~~ nulla pars
ex predictis personis et ipsorum sequacibus
hoc ipsum arbitrium invexare audebit, sed evi-
terne optinere. (sic!) In cuius rei testimonium
sigilla nostra propria presentibus appendi
decrevimus. Actum et datum in Nova civitate
in vigilia

in vigilia ~~Sancti~~ beati Thome Apostoli gloriosi sub anno Nativitatis domini millesimo quadricentesimo (sic) XXXII° (~~tricesimo secundo~~).

~~Odnoś~~ ~~format mniejszy pergaminowy — brak pieczęci — od Wgo Rychtera.~~ Ex Musaeo Ordinationis Zamoyscianae.

Znać były 2 pieczęci; ~~lecz od jednej tylko~~ pasy. sznurek został.

Skollacyonowałem sam.

1433. [28.X, Sanok-]

Wladislaus Dei gracia rex Polonie Lithwanieque princeps supremus et heres Russie etc. Significamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quomodo attendentes grate fidelitatis obsequiis (?), quibus celsitudini nostre nobilis et strenuus ~~Mathias~~[1] de Zwasow complacuit et aucto fidelitatis studio plus poterit complacere in futurum, horum itaque intuitu volentes ipsum reddere consolatum, sibi quadraginta, quas nobis concessit, et triginta marcas pecunie communis, quos apud ipsum recepimus, ita tamen, quod erunt insimul septuaginta marce numeri et ponderis Polonicalium, in et super villa nostra Conykowce in terris Russie et districtu Przemisliensi sita, damus, donamus et inscribimus tenore presencium mediante, per ipsum Michaelem cum omnibus et singulis utilitatibus, proventibus, iuribus, dominiis et appendiis universis, ad predictam villam quomodolibet ab antiquo spectantibus tenendam, habendam pacifice et quiete possidendam tamdiu, quousque per nos aut nostros successores sibi aut ipsius posteris predicte septuaginta marce fuerint plenarie persolute; quibus solutis predicte ville possessio ad nos revertetur pleno iure: stacionibus nostris regalibus et iuribus semper salvis. Harum quibus sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in Sanok feria quarta ipso die apostolorum Symonis et Iude, anno Domini M^mo quadringentesimo tricesimo tercio. Relacio magnifici Iohannis de Conyeczpole.

[1] Michael

Oryginał pargaminowy. Po pieczęci pozostał tylko pasek pargaminowy. Na zakładce napis z XV w. „Lecta in Leopoli per Albertum de Zichlin R. P. vicecancellarium.

1434 203
Obl. Crac.
89 p. 1297.
[16.II, Łomża.]

In nomine Domini Amen. Ad memoriam rei sempiternam. Boleslaus Dei gratia Dux Masovie et Russie terrarum, nec non Varshoviensis Wysogrodiensis, Zakroczimensis dominus et heres Czernensis significamus presentium tenore tam presentibus, quam futuris harum notitiam habituris, quibus expedit generaliter universis, quo coram nobis personaliter constituta honesta Barbara, relicta olim Nicolai Plwinka, cum pueris dicti Nicolai de Panza videlicet Martino, Stanislao, Nicolao, Ioanne, Catherina et Margaretha sani utroque spiritu existentes non compulsi non coacti, nec aliquo dolo aut fraude circumventi, sed ipsorum meris et spontaneis voluntatibus amicorumque suorum salubribus freti consilijs totam ipsorum hereditatem Panza cum utroque molendino sarrato et farine super flumine Panza in districtu Ciechanoviensi prope Nowygrod situatis, providis Ioanni alias Hannus et Paulo germanis civibus de Danczijk, commiserunt et ~~voce~~ voce irrevocabili resignaverunt perpetue et in evum cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus redditibus, proventibus, censibus, emolumentis interesis et obventionis generaliter universis, quibuscunque nominibus nuncupatis

ad presens in eiusdem hereditate et molendinis existentibus et qui vel que per humanam industriam divina favente clementia reperiri poterint, quomodolibet in futurum nihil juris proprietatis aut dominij pro predictis Barbara et pueris suprascriptis reservantes in eisdem, sed cum omni jure eorum in longum et latum, quemadmodum soliti fuerunt et possederunt predictis Joanni Eigenberg et Paulo in perpetuum resignarunt. Sit igitur licitum predictis Joanni et Paulo, germanis eorumque successoribus legitimis predictam hereditatem cum molendinis et utilitatibus prescriptis omnibus tenere, habere, regere gubernare quiete et pacifice perpetuisque temporibus possidere, nec non vendere commutare, alienare, donare obligare, ac ad usus ipsorum beneplacitos convertere, prout ipsis et ipsorum ~~h~~ successoribus legitimis melius et utilius videbitur expedire. Nostra tamen et nostrorum successorum voluntate more solito principaliter regni litera in praemissis. In cujus rei testimonium sigillum nostrum majus de certa nostra scientia praesentibus est appensum. Actum et datum in Lomza, feria tertia post dominicam Invocavit et anno domini millesimo

quadringentesimo tricesimo quarto, prae-
sentibus nobilibus honorabilique Sandleone
de Krosno, Succamerario Ciechanoviensi, Mar-
tino de Tczewo, subindice Zakrocimensi,
Joanne canonico Varschoviensi, vice-cancel-
lario nostro et Petro Pierzchata, tribuno Vi-
schegradiensi, aliisque quam pluri~~bus~~mis no-
stris fidelibus fide dignis testibus circa
praemissa. Scriptum per manus Stephani
N. praepositi Varschoviensis et curiae
nostrae cancellarii, qui praesentia habet
in commissis. –

In nomine domini Amen. Ad memoriam rei sempiternam. Boleslaus Dei gratia dux Masovie et Russie terrarum nec non Varshoviensis Wysogrodiensis, Zakroczimensis et heres Ozernensis etc. significamus presentium tenore tam presentibus quam futuris ~~pre~~ harum sentium notitiam habituris, quibus expedit generaliter universis, quo coram nobis personaliter constituta honesta Barbara relicta olim Nicolai Plwinka cum pueris dicti Nicolai de Panza videlicet Martino, Stanislao, Nicolao, Joanne Catherina et Margaretha, sani utroque spiritu existentes, non compulsi non coacti, nec aliquo dolo aut fraude circumventi, sed ipsorum mentibus et spontaneis voluntatibus amicorumque suorum salubribus freti consiliis totam ipsorum possessitatem cum utroque molendino sarrato et farine super flumine Panza in districtu Ciechanoviensi prope Nowygrod situatis providis Joanni alias Hannus et Paulo germanis civibus de Danczyka commiserunt et voce irrevocabili resignaverunt perpetue et in evum cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, redditibus, proventibus, censibus, emolumentis meatis et obventionibus generaliter universis quibuscunque nominibus nuncupantur ad presens in ejusdem hereditate et molendinis existentibus et qui vel que per humanam industriam divina favente clementia reperiri poterint, quomodolibet

in futurum nihil iuris proprietatis
aut dominii pro predictis Barbara
et pueris suprascriptis reservantes in eis
dem sed cum omni iure eorum in lon-
gum et latum, quemadmodum soliteni-
erunt et possederunt predictis Ioanni Ei-
genberg et Paulo in perpetuum resignarunt.
Sit igitur licitum predictis Ioanni et Pau-
lo germanis eorumque successoribus legiti-
mis predictam hereditatem cum molendinis
et utilitatibus prescriptis omnibus ha-
bere, tenere, regere, gubernare quiete et
pacifice perpetuisque temporibus possi-
dere, nec non vendere commutare aliena-
re, donare obligare ac ad usus ipsorum
beneplacitos convertere, prout ipsis et
ipsorum successoribus legitimis melius
et utilius videbitur expedire, Nostra
tamen et nostrorum successorum volun-
tate iure solito principaliter regni litte-
ra, in premissis. In cujus rei testimo-
nium sigillum meum majus de certa no-
stra scientia presentibus est appensum.
Actum et datum in Lomza, feria tertia
proxima post dominicam Invocavit
et anno Domini millesimo quadringentesimo
tricesimo quarto, presentibus nobilibus hono-
rabilibus Sandoleone de Krosno, succa-
merario Ciechanoviensi, Martino de Tczewo,
subiudice Zakroczimensi, Ioanne, canoni-
co Varschoviensi, vice-cancellario nostro,
et Petro Pierzchala, tribuno Vischegra-

dienti, aliisque quam plurimis nostris fidelibus fide dignis testibus, circa pre-missa. Scriptum per manus Stephani N. prepositi Varschoviensis et curie no-stre cancellarii, qui presentia habet in commissis.~

2.

Obl. 89. p. 1297.

1434 [16.II. Łomża] Literae Boleslai ducis Varsaviae super haere-
1437. [12.I. " ditatem Panza emanata
1438. – "

1446. [16.I. Nowygród.] In nomine Domini Amen. Ad memoriam rei sempiternam. Boleslaus, Dei gratia Dux Masoviarum et Prussiae terrarum, nec non Varschoviensis Vysogrodiensis, Zakroczimensis Dominus et haeres Czernensis etc. significamus praesentibum tenore, tam praesentibus quam futuris harum notitiam habituris quibus expedit generaliter universis, quod coram nobis personaliter constituta honesta Barbara relicta olim Nicolai Plvinko cum pueris dicti Nicolai de Panza, Vit[helmo] Martino Stanislao Nicolao, Joanne Catharina et Margaretha sani utroque spiritu existentes non compulsi non coacti nec aliquo dolo aut fraude circumventi sed ipsorum meris et spontaneis voluntatibus, amicorumque suorum salubribus freti consiliis totam ~~ipsam~~ ipsorum haereditatem Panza cum utroque molendino sarrato et farine super flumine Panza in dicta Crechanoviensi prope Nowygrod situatis, providis Joanni alias Annus et paulo ~~p~~ germanis civibus de Danczyk commiserum et vocesse vocabili resignaverunt perpetue et in aevum cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus redditibus proventibus censibus emolumentis metresis et obventionibus generaliter universis quibuscunque nomini,

bus nuncupatis ad praesens in eiusdem haere-
ditate et molendinis existentibus et qui vel
qui per humanam industriam divina favente
clementia reperiri ~~xx~~ poterint quomodolibet
in futurum nihil iuris proprietatis aut do-
minii pro praedicto Barbara et pueris supra
seris reservarint(?) in ~~eis~~ eisdem sed cum
omni iure eorum in longum et latum quem-
admodum soli tenuerunt et possederunt
praedictis Joanni Gilgenberg(?) et Paulo in per-
petuum resignarunt. Sit igitur licitum
praedictis Johanni et Paulo germanis, eorum-
que successoribus legitimis praedictam he-
reditatem cum molendinis et utilita-
tibus praescriptis omnibus tenere habere
regere gubernare quiete et pacifice per-
petuisque temporibus possidere nec non
vendere commutare alienare donare obli-
gare ac ad usus ipsorum beneplacitos
convertere prout ipsis et ipsorum ~~haere-
dibus~~ successoribus legitimis melius et
et utilius videbitur expedire. Nostra ta-
men et nostrorum successorum volun-
tate more solito principaliter requi-
sita in praemissis. In cuius rei testimonium
sigillum nostrum maius de certa nostra
scientia praesentibus est appensum.
Actum et datum in Lonza. Feria tertia
proxima post Dominicam „Invocavit“ anno
Domini Millesimo quadringentesimo trige-
simo quarto. Praesentibus nobilibus hono-
rabilique Sanaleone(?) de Krobno(?) succame-

vario Ciechanoviensi, Martino de Torewo subiudice Zakroczimensi, Joanne canonico Varschoviensi vicecancellario nostro et Petro Pierzchata tribuno Viszegradiensi aliisque quam pluri, mis nostris fidelibus fide dignis testibus circa premissa. Scriptum per manus Stephani N. prepositi Varschoviensis et curie nostre cancellarius, qui presentia habent in commissis.

Tenor alterius privilegii. [1437, 12 I, Łomża.

In nomine Domini Amen. Ad memoriam rei sempiternam. Boleslaus Dei gratia Dux Masovie et Russie terrarum, nec non Varschovitensis Visehegradensis Zakrocimensis Ciechanoviensis ~~Do~~ Dominus et heres Czernensis significamus tenore presenti, um tam existentibus quam futuris harum noticiam habituris, quibus expedit generaliter universis et singulis, considerates ~~pr~~ et inspectis promis et fidelibus servitus nobis per providum Hannus alias Pilgimberg de Darnbusk molendinatorem de Pauza fideliter exhibitis et impensis et in posterum aucto fidelitatis studio nobis et nostris successoribus una cum suis posteris impendent harum meritorum ob respectum illi Hannus et suis pueris legitimis duos mansos mensure Colmensis nostri veri Ducatus et Dominii circa ~~alios~~ alios octo mansos ibidem in Pauza in Districtu Ciechanoviensi prope a Nowygród contigue ia.

centes et situatos in longum et latum velluti praedicti duo mansi in suis metis gradibus et limitibus circumferentialiter sunt distincti et limitati dedimus, damus donamus adscribimus et in verum titulum haereditarium ex nunc gratiose concedimus perpetue et in aevum cum omnibus et singulis utilitatibus fructibus redditibus proventibus censibus emolumentibus et obventionibus generaliter universis quibuscunque nominibus nuncupentur ad praesens in eisdem duobus mansis existentibus et qui vel quae per humanam industriam divina favente clementia reperiri poterint quomodolibet in futurum sit igitur licitum praedicto nostro fideli Hannus et ipsis pueris legitimis dictos duos mansos cum praedictis utilitatibus tenere habere regere gubernare quiete et pacifice possidere nec non vendere commutare donare alienare obligare et ad usus ipsos bene placitos convertere prout sibi et suis successoribus melius et utilius videbitur expedire nostro tamen et nostrorum successorum more solito principaliter requisita p. missis mellificiis apiaraiis in eisdem duobus mansis exceptis quae pro nobis et ~~pro~~ nostris successoribus plenarie reservamus. Praeterea praedictos duos mansos iuri teutonico Culmensi, quo dicti octo mansi contigui gaudent incorporamus et inviscceramus decernentes

dicto iure teutonico in omnibus punctis, clausulis conditionibus et articulis perpetuo gavisuros. In cuius rei fidem sigillum nostrum maius de certa nostra scientia presentibus est appensum. Actum et datum in Lomza sabbatho infra octavas epiphanie, anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, presentibus strenuis nobilibus Dominis: Boruta Varsaviensi, Derslao de Podolo Zakrocimensi vexilliferis, Nicolao Ztemza Czernenensi, Michaele de Ziemiancyce Varsaviensi succamerariis et Petro Dzierzhata tribuno Viszogradiensi aliisque quam plurimis nostris fidelibus fide dignis testibus. Circa praemissa scriptum per manus Stephani Nicolai de Mischovia ~~prope~~ prepositi Varsaviensis et cancellarii curie nostre qui presentia habuit in commissis.

Tenor tertii privilegii. 1438. [Łomża]

In nomine Domini Amen. Ad memoriam rei sempiternam. Boleslaus Dei gratia Dux Masovie et Russie, terrarum, nec non Varsaviensis Vyszogradiensis Zakrocimensis Czechanoviensis dominus et heres Czernensis ac significamus tenore presentium tam presentibus quam futuris, harum notitiam habituris, quibus expedit generaliter universis, quomodo coram nobis personaliter constitutus providus Hannus Gilgimberk civis de Danczyk utergue sanus existens spiritu non compulsus, non coactus nec aliquo dolo ✕ vel fraude circumventus sed

ipse vera et spontanea voluntate amicorumque suorum
maturis salubribusque fretus consiliis
totum ipsum molendinum super flumine
Danza in Districtu Ciechanoviensi prope
Nowygrod situm ac Decem mansos mensu-
re Culmensis ibidem penes Dictum mo-
lendinum iacentes ~~dict~~ in longum et la-
tum veluti Dictum molendinum et Dicti
Decem mansi in suis metis signis gadi-
bus et limitibus sunt circumferentialiter
Distincti et limitati et quemadmodum
ipse solus tenuit, habuit et possedit, ni-
hil omnino iuris proprietatis aut Dominii
pro ipso aut suis successoribus legitimis
reservans in eisdem Simoni appiferano-
stro Lomzensi pro centum viginti sexa-
genis grossorum moneta in mediis gros-
sis vendidit perpetue et in evum, voce ir-
revocabili resignans cum omnibus singu-
lis utilitatibus fructibus redditibus, pro-
ventibus, censibus, emolumentis et obven-
tionibus generaliter universis, quibuscum-
que nominibus nuncupentur ad presens
in Dictis molendino et Decem mansis
existentibus et qui vel que Divina fa-
vente clementia per humanam industri-
am reperiri poterint quomodolibet
in futurum. Sit igitur licitum prefato
Simoni Dictos Decem mansos et molen-
Dinum cum hiis presens utilitatibus
eiusque legitimis successoribus tenere
habere, regere gubernare, pacifice et quie-

possidere perpetuis temporibus, nec non vendere commutare dare donare obligare, alienare et ad usus suos beneplacitos suorumque successorum convertere prout sibi aut suis successoribus legitimis melius et utilius videbitur expedire. Nostra tamen nostrorumque successorum voluntate more solito principaliter requisita de premissis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum maius de certa nostra sciencia presentibus est appensum. Actum et datum in Lomza feria tertia, ipso die Januarii nativitas gloriose virginis Marie. Anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo octavo. Presentibus strenuis nobilibusque dominis: Paulo de Wojszycze, palatino Belzensi, Derslao de Sodaszyce, vexillifero Zakroczimensi, Michaëli de Lieniniczyce, succamerario Varsoviensi Stanislao de Miszczewo vicethesaurario curie nostre, Nicolao Nagorka de Dzierzgowo heredibus, aliisque quam plurimis nostris fidelibus fidedignis testibus circa premissa. Scriptum per manus Stephani Nicolai de Miszczewo prepositi Varsoviensis nec non cancellarii curie nostre qui presentia habuit in commissis

Tenor privilegii quarti. 1446. [16.I, Nowygrodd.]

In nomine Domini Amen. Ad memoriam rei sempiternam Boleslaus Dei gratia dux Masovie et Russie terrarum

nec non Varschaviensis, Vischegradiensis, Zakrocimensis, Ciechanoviensis Dominus et haeres Czernensis etc. significamus tenore praesentium, tam praesentibus quam futuris, harum notitiam habituris, quibus expedit generaliter universis, quomodo coram nobis personaliter constitutus nobilis Vitus de Kowalewo, sanus, utroque existens spiritu, non compulsus, non coactus neque alio dolo aut fraude circumventus, sed ipsius vera et spontanea voluntate amicorum suorum salubri fretus consilio, duos mansos ipsos mensurae Culmensis Kowalewo super vertice piscinae Pauza in terra Nowogrodensi sitos, in longum et latum veluti huiusmodi duo mansi in suis metis, gadibus, signis et limitibus circumferentialiter sunt distincti et limitati et quemadmodum ipse solus tenuit, habuit et possedit, nihil iuris proprietatis aut dominii pro se aut suis posteris reservans in eisdem, provido Simoni oppidano de Lomza pro decem sexagenis grossorum in mediis grossis vendidit et voce irrevocabili resignavit perpetue et in aevum cum omnibus et singulis utilitatibus, fructibus, redditibus, proventibus, censibus, emolumentis et obventionibus generaliter universis quibuscunque nominibus nuncupentur ad praesens in dictis mansis existentibus et qui vel quae per humanam industriam

Divina favente clementia reperiri poterint, quo-
modolibet in futurum. Quare sit licitum prae-
nominato Simoni et ipsius successoribus legi-
timis, dictos duos mansos cum praescriptis utili-
tatibus tenere, habere regere gubernare quiete
et pacifice perpetuisque temporibus possidere,
re, nec non vendere commutare, donare, obli-
gare et ad usus suos beneplacitos convertere
prout sibi et suis successoribus legitimis
melius et utilius videbitur expedire, nostra
tamen et nostrorum successorum volun-
tate more solito principaliter requisita
in praemissis. Praeterea praedictos duos man-
sos iuribus aliorum bonorum hereditario-
rum quos idem Simon cum filiis super Pan-
za ibidem habet ascribimus invescoramus
et incorporamus perpetue et in aevum in
cuius rei testimonium sigillum nostrum
maius de certa nostra scientia praesenti-
bus est appensum. Actum et datum in
Nowygród die dominica post octavas epi-
phaniae Domini, anno nativitatis eiusdem
millesimo, quadringentesimo quadragesimo
sexto. Praesentibus strenuis nobilibusque
dominis: Andrea de Przeradcz, castellano Zakro-
czimensi, Sigismundo de Wyszeryce (?) plocensi,
Rogala de Węgzynow Wiecheyradensi vexillife-
ris et Joanne de Leszno, capitaneo Lomzensi
(~~aliis~~ aliisque fide dignis) aliisque quam
plurimis nostris fidelibus, fide dignis et testi-
bus circa praemissa. Scriptum per manus
Stephani Nicolai de Mnischevo, praepositi
Warschaviensis, canonici plocensis ecclesiarum

et nostrę curię cancellarii qui presentia habuit
in commissis.

Własność Kościoła św. Mikołaja w Kaliszu.

R. 1429. die 18. mensis Aprilis, in Opatów.

In nomine Domini Amen. Nos Albertus Dei gratia sancte Gneznensis Ecclesie Archiepiscopus et Primas. Ad rei memoriam sempiternam. Sollicitudini pastorali divina disponente clementia deputati iocundis votis ad ea animum nostrum dirigimus, per que in ecclesiis nobis creditis, prout desideramus, et salus animarum crescente numero personarum procuratur et cultus divinus in eis ampliatur. Cum itaque provida sue salutis amatrix Catherina relicta Nicolai braseatoris, olim civis Calisiensis, zelo devotionis accensa et desiderio celestis patrie inbibata, cupiensque post transitum huius caliginosi incolatus bona sua secum ferre in sidereas mansiones et tanto ardentius, quanto pro eius piis operibus sperat se consequi promissam sibi perhennis vite benedictionem, nonnullos census annuos infrascriptos de bonis a Deo sibi collatis pro Altari ad laudem et gloriam Omnipotentis Dei et specialiter in venerationem Assumptionis Beatissime matris eius Virginis Marie et beatorum Johannis Baptiste, Johannis Ewangeliste, decem milium martyrum necnon sanctarum Catherine Margarethe et Barbare Virginum in Ecclesia Sancti Nicolai ibidem in Calis erigendo et pro sustentatione Rectoris ipsius sub tytulo reemptionis comparatos in remissionem peccatorum suorum dedevit, donaverit et irrevocabiliter assignaverit, primo videlicet octo scotos in et super domo et area Stanislai Sandtka in platea piscorzewska sita inter domum Sebkin et Hanzelini. Item sedecim scotos in et super domo aciali Paschconis Suchilyas sita in platea Wratislaviensi. Item mediam marcam in domo Andree Lauterbach in circulo civitatis sita penes domum Nicolai Stronskij. Item octo scotos in et super domo Nicolai Cunijsch carnificis in platea sancti Nicolai sita inter Vitum et Nicolaum ocz. Item octo scotos super domo Michaelis et Mathie sita in platea Wratislaviensi ex opposito Dobkowey. Item octo scotos in domo Paschconis, generi Pichnowskey sita ex opposito domus Praepositi Sancte Marie. Item octo scotos super domo Mathie Syrzpek in platea monachorum sita penes Paulum Crasun. Item octo scotos super domo Swanchne Zapartowa in platea Scudlowska penes Drogosch. Item octo scotos super domo Petri Jelen vicina domo Nicolai, filii Niclossowey sita in platea carnificum. Item octo scotos super domo Martini braseatoris in platea Thorunensi sita penes domum Stephani carnificis. Item octo scotos in domo Nicolai Inschiz in platea carnificum, sita penes Johannem Glamboky. Item octo scotos in domo Nicolai, filii Niclossowey in platea carnificum sita penes domum Johannis rotificis. Item octo scotos in domo Mathie Spruch in platea Piscorzewska sita inter domos Mikore et Scolze. Item sedecim scotos in domo aciali Wenceslai Braseatoris in platea carnificum

sita penes domum Johannis Glambokj. Item octo scotos in macello carnificum libero uno de numero macellorum carnificum ipsius civitatis, tertio videlicet a fine, eundo in ipsa macella in manu dextra ab ortu solis. Item sedecem scotos super macello carnificum sito penes macellum Lauterbach eundo in macella carnificum ab ortu solis in sinistra manu, prout hec in litteris dominorum Consulum civitatis Calisiensis ipsorumque sigillo communi civitatis sigillatis plenius continentur, nobis quoque Alberto, Archiepiscopo memorato, cum intenta devotione supplicaverit, quatenus super huiusmodi censibus praedictum altare in ecclesia Sancti Nicolai in beneficium ecclesiasticum creare, fundare et erigere ipsosque census eidem appropriare et incorporare dignaremur. Igitur tam pia et tam devota ipsius desideria paterno favore prosequi volentes ipsum altare iuxta vota ipsius creavimus, fundavimus et ereximus et creamus, fundamus et erigimus, pro dote quoque ipsius census in litteris praedictorum consulum Calisiensium descriptos seu loco eorum alios succedentes appropriamus et incorporamus per praesentes per ministros ipsius altaris habendos, possidendos et prout eis visum fuerit, in usus proprios convertendos. Et quia beneficium dignum redditur officio, ut praedicta donatrix sue donationis fructus speratos efficacius consequi mereatur, statuimus et ordinamus, quod altarista altaris praedicti, qui pro tempore fuerit, tres missas, unam feriis secundis pro defunctis, secundam feriis quartis pro peccatis et tertiam diebus Sabbati de Beata Virgine per singulos annos singulis septimanis per se vel per alium legitime impeditus circa praedictum altare legere et infra divina officia in Ecclesia superpelliciatus more aliorum altaristarum incedere processionibusque consuetis Ecclesie sub obedientia Praepositi interesse teneatur. Ius autem Patronatus seu praesentationis dicti altaris ad praedictam dominam Catherinam et successores suos legitimos volumus pertinere, que cum successoribus suis sacerdotem ydoneum actu presbyterum aliud altare in eadem ecclesia seu aliud beneficium extra ipsam non habentem ad ipsum altare, quotiens vaccaverit, nobis vel successoribus nostris praesentabunt confirmandum. Qui quidem altarista circa ipsum altare residentiam faciat personalem, alioquin si infra duos menses licentia a nobis vel eisdem nostris successoribus seu Vicario in Spiritualibus non optenta, se absentaverit vel aliud beneficium ecclesiasticum fuerit assecutus, extunc ipsum altare vacare decernimus ipso facto licitumque extunc erit praedicte Katherine et suis successoribus alium loco absentis presbiterum praesentare loci Ordinario instituendum de altari memorato. In quorum omnium fidem et testimonium premissorum praesentes nostras fundationis litteras scribi nostrique sigilli appensione iussimus communiri. Actum et datum in Castro nostro Oppatow

Kalisiensis pnē propter.

petiit ō fieri.

die decima octava mensis Aprilis anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo nono, praesentibus venerabilibus et discretis viris dominis Johanne de Czechel, Decano, Johanne de Cozebrody, Cancellario Gneznensi, Sandkone, Lanciciensi, Janussio de Czarnow, Curzeloviensi Archidiaconis, Johanne de Rudnicza, Canonico nostro Gneznensi et Nicolao Rectore parochialis in Oppathow ecclesiarum, aliisque quampluribus circa premissa testibus fidedignis etc.

Pieczęć urwana, pozostał tylko sznurek, spleciony z jedwabnych czerwonych i zielonych nici.

7/5 V nr. (549) str. 548

Własność Kollegjaty Kaliskiej. R 1434.

Nos Consules civitatis Calisiensis. Mathias Maranda, Niclas Wejs, sellator, Jasthco Broda, braseator, Albertus, pellifex, Henricus Kollinski et Mathias Szdzech, tenore praesentium publice recognoscimus universis, quod in praesentia nostre civitatis scabinorum subscriptorum, puta Janussii Keseling, rasoris, Janussii Honuth, arcuficis, Nicolai Elensmid, Nicolai Vincig, Piotraschconis Sejboth, Close Lovincz et Janussii Zolthowlos, coram Janussio Beserich, Advocato, constitutus personaliter in bannito Iudicio providus Michaël Sobiemande, braseator, vicinus noster, cum Barbara sua consorte legitima, libera voluntate, iusto venditionis et emptionis titulo praecedente, resignaverunt rite rationabiliterque undecim grossos annui census monete communis super medio braseatorio suo ex opposito campanili ecclesiae Beati Nicolai sito, solvendos atque dandos annis singulis super festum Assumptionis Marie Virginis Honorabilibus viris dominis Communitati Vicariorum Collegiate ecclesie Beatae Virginis in Kalis in manus procuratorum modernorum aut aliorum pro tempore existentium de anno ad annum tamdiu, quousque praedictus Michaël aut Barbara, sua consors vel suorum successores legitimi eundem censum undecim grossorum consimilibus tribus marcis cum media monete communis, dum tantae facultatis fuerint, duxerint reemendum, censu tamen perverso secundum computum temporis primitus persoluto. In cuius rei testimonium civitatis nostrae praedictorumque scabinorum sigilla praesentibus sunt appensa. Acta et data Calis feria sexta post Ascensionem Domini anno ~~MCCCCXXX~~ MCCCCXXXIIII.

Pieczęci były kiedyś dwie; obecnie nie istnieją.

R 1434

Nos consules civitatis Kalisiensis Mathias Maczuda (Proconsul), Niclos Wejs, sellator, Jasthco Broda, braxator, Albertus, pellifex, Henricus Kotliński et Mathias Zdzech, tenore praesentium publice recognoscimus universis, quod in praesentia nostrae civitatis scabinorum subscriptorum, puta Janussii Keseling, rasoris, Janussii Hanuth, arcuficis, Nicolai Elensmid, Nicolai Winczig, Pietraschconis Sejboth, Close Lorincz et Janussii Lottowlos, coram Janussio Beserich, Advocato, constitutus personaliter in bannito Judicio libera voluntate providus Johannes Drozdrak non compulsus, nec aliquo vitio erroris seductus, resignavit rite rationabiliterque cameram mercalem inter cameras Pauli Erasmi et Poz... .... toslonis sitam, olim per patrem ipsius Mathiam Drozdrak testamentaliter legatam, dominis Vicariis Beate Virginis tam longe lateque, prout et cum iisdem iuribus et dominiis est possessa Communitati dominorum Vicariorum ecclesie Beate Marie Virginis modernorum, vel pro tempore existentium, tenendam, habendam, vendendam, obligandam, commutandam etc. et in usus proprios, beneplacitos convertendam, prout ipsis dominis Vicariis praedictis ipsorumque successoribus melius ac utilius videbitur expedire. In cuius rei testimonium civitatis nostre praedictorumque scabinorum sigilla praesentibus sunt appensa. Actum et datum Calis feria sexta post Dominicam Invocavit. Anno Domini M.CCCC tricesimo quarto.

Dokument ten zaopatrzony był w dwie pieczęci, z których żadna nie istnieje; pozostały tylko obcięte paski.—

Wielmożny Panie Profesorze!

Przed kilkoma dniami wysłałem list, zawierający kopje czterech dokumentów; dzisiaj przesyłam pięć dalszych kopii.

Przy tej sposobności łączę wyrazy najgłębszego uszanowania

K. J. Sobczyński

Kalisz 28/03 r.

/11

1434. 21

Obl. Crac.
145
p. 2641.
1/7.
[Budae.]

Vladislaus Dei gratia Hungarie, Polonie, Dalmatie, Croatie etc rex Lithvanieque princeps supremus etc. et heres Russie ad perpetuam rei memoriam. Sanctissimamque Dei Matrem Virginem Mariam etsi liquido omnibus christianis constet, apud Deum peccatorum advocatam totiusque christiani orbis patronam esse, non tamen nos ex hac solummodo generalitate sed ex speciali etiam ejusdem Celorum Regine erga nos patrocinio omnia ejusdem majestati iure merito debemus. In minori enim etate nostra desperati de vita * cum essemus ad ecclesiam ejusdem Virginis in Gdow devoti vitam recepimus, ac postea cum in Niepolomicensi saltu venationi dediti periclitaremur votis nostris ad eandem ecclesiam in Gdow directis omni periculo destituti et in salvo positi fuimus. Quare de gratitudine debita erga Virginem Mariam, Dominam nostram assignamus in perpetuum super bonis nostris regalibus Niepolomicensibus pensionem certam et annuam ad dictam ecclesiam in Gdów ejus plebano singulis annis persolvendam videlicet pro quolibet sancte Marie Nativitatis tituli ejusdem ecclesie festivitate unum cervum e majoribus et melioribus, qui in saltu Niepolomicensi continentur ac septemdecem

marcas latorum grossorum Pragen-
sium post factam vero hybernam
conseminationem triginta arbores
pineas pro ~~edificatione~~ edificio aptas, ac
quinque quercus majores cum omnibus
truncis et ramisillorum ad eandem
ecclesiam devehere et plebano illius
nunc et pro tempore existenti consi-
gnare Niepolomicensis capitaneus
noster tenebitur. Presentibus apud
omnes pro erga Deum ejusque Virgi-
nem Matrem pietate valituris
sygillis nostris regalibus in fidem
subappensis. Datum Bude die prima
Julii anno Domini MCCCCXXXIIII.

1435. die 12. mensis Novembris. [Płock.]

Nos Stanislaus Iudex et Ninogneus Subiudex Plocenses, recognoscimus quibus expedit universis, presentibus et futuris, presencium literarum noticiam habituris, Quomodo ad nostram aliorumque nobilium nobiscum tunc in Iudicio presencium principis domini ac domini Vladislai dei gracia ducis Mazouie pro tribunali expediencium, accedentes presenciam nobiles viri Petrus, Stanislaus, Albertus, Cusorius (?) de Crambyecze heredes iudicialiter egerunt in et super honorabilem virum dominum Iacobum Iaszczoldi prepositum ecclesie catedralis Plocensis hijs verbis: quia tenes partem hereditatis in Misszewo et in Goszek in pecunijs in obligacione, videlicet Alberti, Creslai et Margarethe, ad quam nos fuimus propinquius res ipsam eximere. In oppositum venerabilis vir Dominus Iacobus prepositus dicte ecclesie cathedralis Plocensis respondit: quia istam partem hereditatis, pro qua vos super me agitis, iudicialiter teneo et possideo vltra triginta annos in pace et Domini graciose dignemini me relinquere circa consuetudinem terre obseruatam, quia habeo super istam partem hereditatis litteram iudicialem. Dum vero litteram prefatam conspeximus, inuenimus antiquitatem littere iudicialis quadraginta quatuor annos. Nos vero visa antiquitate littere vltra XXX annos, iuxta modum et iurisdiccionem conseruatam, nullum .... solum Deum pre oculis habentes, vnicuique ... . reddere iusticie complementum, prefatam partem hereditatis .... Myssewo et in Gorchek .... literam obligatoriam prout in ea continetur, nominato domino Iacobo Iaszczold ac Rudolpho filiastro suo vindicauimus et presentibus perpetualiter adiudicamus ac ipsorum legitimis successoribus; Prefatis vero Petro, Stanislao, Alberto, Cusorio (?) heredibus de Grambyecze abiudicauimus et presentibus perpetualiter abiudicamus ac ipsorum posteritati perpetuum silencium imponentes. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Actum et datum in Ploczko sabbato in crastino Sancti Martini Episcopi et confessoris gloriosi, sub anno Domini millesimo quadringentesimo tricesimo quinto in terminis generalibus.

Dwie pieczęcie zawieszone były przy tym Dokumencie na strawkach pergaminowych. (Arch. kościel. w Miszewie)

Z kopii senat. Stronczyńskiego.





